



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

B
E

ALBERTI RIPERI 369
DISSERTATIO P.M.

DE

LEGE
AC
LEGIBVS DIVINIS
IN GENERE,
ET DE
LEGIBVS DIVINIS
POSITIVIS VNIVERSALIBVS
IN SPECIE,
OPVS POSTHVMVM.



HAMBVRGI,
APUD THEOD. CHRISTOPH. FELGINER.

ANNO 1722.

Universitatis
Bibliotheca
in Klage.

Digitized by Google

**INVICTISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS MAGNAE BRITANNIAE
ET SERENISSIMI ELECTORIS
BRVNSV. ET LVNER. &c.**

VIRIS

*Perillustri, Illustri, Excellentissimi
& Magnifico Summeque Venerando
DOMINO,*

**DN. JOHANNI
FRIDERICO
DE STAFFHORST,**

*Consiliario intimo Ducatum
Brem. & Verd. nec non Comi-
tatus Delmenhorst. Präfidi
Splendidissime.*

*Hereditario in Hoya & Harmenbostel
Domino in Lindach &c.*

(3)

DOMI-

ALBERTO ANDREÆ DE RAMDOHR
DOMINO

Regiæ Cameræ Consiliario intimo & Regiminis illustris in Ducatis Brem: & Verdensi Antistiti grauissimo,

Hereditario in Dribber Eo.

DOM

DOMINO
DN. LUCAE
BACKMEISTERO

Theologo Consummatisimo,

Regii, qvod Stadæ viget, Consistorii Consiliario, & Superintendenti Generali per Ducat. Brem. & Verd.
meritissimo,

*Mecenatibus meis gratiofissimis, atq;
Patronis omni subiectiis & obsequiis cultu
riti & prosequenti.*

6°.

DOM

DD

X 3

VIRI

VIRI EXCELLENTISSIMI
&
MAGNIFICE
DOMINI GRATIOSISSIMI
PATRONI MAXIMI



Enerosis celeberrimi
misque VESTRIS
Nominibus libel-
lum hunc inscri-
bendi, variæ jam a primo il-
lius conspectu urgebant ratio-
nes, quas me ab audaciæ & te-
meritatis crimine absolutura

con-

confido. Sicuti enim VIRI
EXCELLENTISSIMI, opellat
hujus auctor, frater meus cha-
rissimus b. m, tam singularem
EORUM obtinuit gratiam, ut,
qui Academicorum more jam
variis Dissertationibus, in Aca-
demiis Helmstadiensi sub præ-
sidio D. Augustini Leyseri, &
Wittembergensi sub præsidio
D. Michaelis Henrici Griebne-
ri habitis, atque proprio Mar-
te elaboratis, inclaruit, ei tan-
dem in patriam reduci, novum
hunc fœtum, paullo ante ejus
obitum Censuræ VESTRÆ
exhibitum, prelo subjicere per-
missum fuerit; ita mortuo pa-
rente

rente, illum sub umbone & præ-
 sidio TANTORUM VIRQ-
 RUM prodire, e re esse judica-
 vi; quo simul gratiam sub beato
 fratri benigne concessam, palam
 mente gratissima recolerent.
 Inficias quidem ire haud queo,
 quod si per me stetisset, labo-
 rem hunc cum illo sepultum in
 fatius duxisset, quam publici
 juris facere, quia tamen forte inulta
 a multis, aliter sentientibus, in
 eo desiderari possent. At quo-
 niam amicorum nonnulli, litera-
 rum satis cupidi, eum non indi-
 gnari aestimarent, quia in publi-
 cum prodiret, non potui non
 condemnare splendidissimis: VE-
 STRIS

STRIS Nominibus ornare &
 primumunire. Hisce Duumviris Excelle
 tissimis Te, Vir Magnifice, non
 in imerito adjungo. Nam cum
 auctor, ob plus una vice secum
 institutam sermonicationem
 tam de argumento, quam me
 i abhodo illud praetrandi, non
 si nulla quoque debeat B. Doctor
 ari, Johanni Diecmanno, Con
 sillario quondam illustris, quod
 Stadæ viget, Consistorii, & ho
 rum Ducatus Generali Su
 perintendenti, Socero meo,
 dum viveret, amantissimo
 Cujus TE, Presul Magnifice,
 DEUS constituit Successorem:
) (5 non

non ægre feres, quod & hic ins
ignum devotæ mentis, Summe
Reverendum *Tuum* Nomen
præfixerim, & simul ansam ar-
ripuerim, *Tibi*, de supremo il-
lo Ecclesiarum horum Duca-
tuum munere, quo jam orna-
tus, hisce quidem paucis, ex im-
timo tamen cordis affectu pro-
latis, publice gratulandi.

Accipias ergo, TU TRIGA, di-
gnitate illustri partim, partim Ecclesia-
stica satis undique coruscans, meliorem
In partem munus hoc Chartaceum levi-
dense, illudque in clientelam benignè
suscipias, etiam atque etiam oro.

Faxit DEUS ut VOS MÆCENA-
TES ET PATRONI MAXIMI, pro-
vinciis VESTRIS, Tantorum Virtorum
personis dignis, in salutem & incremen-
tum harum regionum ad annos usque

Ne-

Dedication

Nestoreos quam felicissime praesitis ;
tunc spero , fore, ut & in me meosque
haud parum emolumenti inde sit redundarum ; utpote , qui me totum submisso
commendo, & dum spiritus hos
regit artus, ero

V. V. Excell. Excell.

&

V. Magnificentia

Subjectissimus

&

Devotissimus
elieus

Dabam Daverd
die 20. Sept. 1722.

Johann Riper
Daverd, Pastor.

L. B. S.



L. B. S.

PRUDENTIÆ est atque etiam
quodammodo officij, Ut, si quis
contra eos aliqua disputanda
existimet, quibus ob summa munera
aut merita honos seruandus est, senten-
tiam quidem suam libere proferat ac
stabiliat, ut non inibis eorum parcat,
quo & gloriolæ captatæ suspicionem
cuitet, atque omnibus saltim non in-
notescat, contra quos disputatum sit,
quippe quod tunc non patet, nisi illis,
qui Scripta ista, ex quibus quedam
refutantur, legerunt. Mihi hoc nunc
facere non licuit, cum enim omnis hæc
Dissertatio de Legibus dñinis positi-
vis

vis universalibus, paucis exceptis, quæ
 propter alios dicenda fuerunt, contra
**Fundamenta Iuris Naturæ ac Gen-
 tiuum Viri illustri loco positi Christiani
 Thomasti instituta sit, ea autem in
 omnium manibus versentur, frustra
 nomen eius dissimulauissem. Factum
 Viro illustri non displicebit, ut opinor,
 nouit enim quæ fata orbitas libris, ani-
 mi liberis, adferat. Et ipse non paucā
 contra Scripta Summorū Vitorum
 Grotii ac Pufendorfii differuit. Facile
 igitur conjectura affequitur, quædam
 eius quoque de Iure Naturæ libros fata
 mansura sunt. Hoc magis igitur æquo
 animo feret, quod viuo ipso hæc in lu-
 cem edidi, hoc ipso enim manifestum
 est, non detrahendi aut falsa imputan-
 di ergo me scripsisse, sed tantum veri
 tuendi causa, quam causam nemo im-
 probare potest, sed quæ potius adeo
 omnibus probatur, ut etiam, qui erro-
 nea pertinaciter defendunt, veri stu-
 dium præferant. Atque vtor ea liberta-
 te,**

te, quam ipse ab aliis dissentiendo eosque refellendo aliis fecit. Atque etiam ne aliam quidem sententiam de legibus diuinis positius vniuersalibus tradidi, quam eam ipsam, quæ ipsi in Institutonibus Iurisprudentiæ diuinæ placuit. De re ipsa ut quidquam hic præmonerem, non opus esse putaui. Tu ipse L.B. arbitrabere, num quid pro tuendis legibus istis adulterim. Existimo tamen operam hanc luuentuti Iura addiscenti non inutilem fore. Scribebam Iorci in Palæogæa d. 3. Febr. Anno cloj CCXX,

DISSE-

DISSERTATIONIS
LEGIBVS DIVINIS POSI-
TIVIS VNIVERSALIBVS

Pars Prima
de
Lege.

I. Quid sit Lex.	Pag. 1
II. Sine Legislatore non est Lex.	3
III. De Notitia Dei insita.	12
IV. De Lege Dei zterna.	17
V. De conuenientia Iustitiae Diuinaz & Humanaz.	22
VI. Legi responderet Obligatio.	54
VII. Majestas immediate a Deo est.	65
IX. De Legibus permissiuis.	78
X. De poenis.	86
X. De Libertate Voluntatis humanaz.	92

Pars Altera
de
Legibus Divinis.

I. De Divisione Legum Diuinarum	99
II. Lex Naturalis est vera Lex.	102
III. Eadem est perpetua atque immutabilis.	114
IV. Non semper ex consensu Gentium certo pro- batur.	126
V. De Methodo tradendi Legem Naturaz per Principia Honesti, Iusti ac Decoris.	130
VI. De	

VI. De Legibus diuinis positius forensibus	141
VII. De Legibus diuinis positius Vniuersalibus	145

Pars Tertia

de

Legibus Diuinis Positiuis V- niuersalibus

I. Diuisio	156
II. De Arbore vetita.	158
III. De Sacrificiis.	159
IV. De coonestione sanguinis.	162
V. De Sabbatho.	164
VI. De Potestate maritali.	182
VII. De Indis solubilitate Matrimonii.	190
VIII. De Gradibus prohibitis.	202
IX. De Polygamia.	213
X. De poena Homicidii capitali.	219
XI. De Declinis.	223
XII. Conclusio.	224

Table of Contents

C	De Coonestione Sanguinis
S	De Sabbatho
D	De Poteestate Maritali
M	De Indis Solubilitate Matrimonii
G	De Gradibus Prohibitis
P	De Polygamia
H	De Poena Homicidii Capitali
E	De Declinis
CON	Conclusio

PARS

* * * * *

PARS PRIMA
EAQUE GENERALIS
DE
L E G E.

I.

Doctrina de legibus diuinis positiuis Univerſalibus, ut eo rectius ac facilius intelligi posſit, generatim quædam prænittenda ſunt, tum de lege, tum de legibus diuinis. Atque hinc in tres partes Dissertationem ianc diuidere placuit. Misſis igitur ambagibus, Legem Pufendorfius de I. N. ac. G. l. 1. c. 6 §. 4. ſcribit esse decretum, quo Superior ſibi ſubiectum obligat, vt ad iſtius præscriptum actiones suas componat.

2. Nonnulli in hac Definitione vocabulum deti improbant, qui quidem recte ſentiunt, atamen contra Auētorem fruſtra diſputant, nam illi & hic verum ſtatuum, adeoque in re ipſa conſentiuunt. Malunt illi pro vocabulo decreti iſtituere vocem regulæ, quia decretum eſt ſtio immanens. Verum hic vocabulum illud ceperit uſu Fori, quo decretum vocatur iuſſio a ege promulgata. Non eſt igitur inter eos diſſiſio.

3. Si quis reliqua huius Definitionis verba ani-

A

mo

mo paulisper pensare velit, facile deprehendit discrimen legis ab illis rebus, quæ similitudiner aliquam cum ea habent. *Enim uero lex a Superiori est, at pacta inter æquales ineuntur, tamet alter pacifcentium sit Superior, quatenus enii contrahentes paciscuntur, eatenus considerantur, & agunt ut æquales.* Discrimen hoc exemplum Regibus desumto appetat, horum enim acti non sunt omnes publici, quos ut Capita Rerum publicarum peragunt, veluti si leges ferant, se aliqui sunt priuati, quos ut priuati peragunt veluti si cum subdito super negotio ad prius ipsorum commoda pertinente paciscantur *Grotius de I. B. ac P. l. II. c. 14. §. 1. n. 12.*

4. Lex a Superiore est; consilium etiam æquum vel inferior dare potest: *Lex a. obligat, ut Superiori publicata; consilia non obligant, si obligationi occasionem præbent, quatenus notitiam alicui imprimunt, quæ obligationem perficit aut auget Grotius de Imperio Sacrorum c. IV. §.* Hoc quoque discrimen exemplo Regum patet ut pote quibus Consiliarii, quæ ad Rem publicam Medici, quæ ad valetudinem regendam pertinent, suppeditant. Sic Iethro Sacerdos Mō Duci populi Israëlitici & officio Regis fungeret. *Exod. XXXIII. 5. consilium dedit, de diligencie & constituendis publicis, qui de controuersiis populi decernerent, ipso supremam Inspecti nem retinente Exod. XIIIX. 18. 19. 22.* Neq; vero Iethro Ducem populi obligare potuit, sed ei salte obligationem ostendit ex lege naturali, quæ vix quidem in re ad valetudinem præter necessarii

tem non debilitandam spectabat vers. 14. 18. altera in re autem ad officium eius regium, ut negotia grauiora ipse tractaret, ne salus populi negligetur v. 22. Hinc etiam utraque in re Mosis salutare consilium praebenti paruit, non quasi Iethro precipere illi potuisse, erat enim Princeps populi in Theocracia, sed ut obligationi suz, quam Iethro ostenderat, satisfaceret.

5. Nodumus de his rebus plura addere, siquidem Pufendorfius l. c. §. 1. & 2. legem a consilio ac pacto jam plenius distinxit, adeoque omnia, quæ ad significationem legis cognoscendam scientia necessaria sunt, suppeditauit. Itaque Grotio, qui etiam de I. B. ac P. l. 1. c. 1. §. IX. n. 1. huc pertinientia habet, ac Pufendorfus, tanti iudicij tantumque experientiaz Viris, defectus aliquis hac in re per iniuriam imputatur Fundamentis I. N. ac G. Cap. Prosem. §. 8. quæ omnino ab eis defendenda fuit, hoc etiam magis, quod ipsi non amplius superstites sunt. adeoque sese defendere non possunt.

II.

1. Sine Legislatore non est lex. Itaque si non daretur Deus, nulla etiam lex daretur. Utilem saltim ratio ac delectus fuisset, at solo hominum instabili arbitrio relictus. Posteaquam igitur Grotius de I. B. ac P. Prolegom. n. 9. memorasset, esse homini iudicium ad estimanda quæ delectant aut nocent, atque id iudicium sequi esse humanæ naturæ conueniens: item n. 10. eodem pertinere prudentem dispensationem in his, quæ cuique homini aut cœtui propria sunt, elargiendis,

dis, prout actus cuiusque ac rei natura fert; subiicit n. II. e locum aliquem habere, etiam si daretur, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari ab eo humana negotia.

2. Non tamen desunt, qui eum propter hæc verba accusant, eique errorem non vnuhi imputant *Fundamenta I. N. ac G. l. I. c. 6. §. 5. & Primo etiam obliiciunt, impiam esse istam sententiam atque absurdam hypothesin, si daretur, non esse Deum. Ipse Pufendorfus I. N. ac G. l. II. c. 3. §. 19. sepe hic opponit, atque etiam in *Apolo- logiis aliquoties ei tribuit, quasi in gratiam Scholasticorum in impiam istam sententiam descendenter. At manifestum est, eum ab ista senten- tia longissime absuisse & abhorruisse, negat enim fine summo scelere dari posse, non esse Deum. Neque vero si dari possit, ius locum habere sta- tuit, sed saltim utile, uti patet l. c. n. 9. & 10. Deinde ipse l. c. c. 4. §. 3. hæc *Grotii ad cap. XII. lib. Sap. verba adducit: nisi adsit de diuina prouiden- tia & quidem facta hominum repensante per- suasio, simulque leges quædam, quæ in re- Etiam viam homines dirigant, fieri non posse, quin extra orbitam euagentur & quidem sape grauiter. Cum tamen veritatem causa a Gro- tio disenserit, minime autem inuidia erga eundem ductus fuerit, eiusque laudes deminuerit, quod ubique ex eius Scriptis apparet, libenter concedo, improvidum saltim eum hoc scripsisse, Grotioque imputasse, quod non statuit.***

3. Alii

3. Alii hec maxime obhiciunt, non Ius dari,
sed factum utile, si Deus non daretur. At id
ipsum quoque Grotius pariter concessit. c. 2. q.
et 10. Idem etiam tradidit. II. c. 20. s. 44. n. 4.
his verbis: Epicurus cum diuinam Prudentiam
sustulisset, justitia quoque nihil reliquit nisi no-
men inane, ut quam nasci diceret ex sola conuen-
tione, neque durare ulterius quam communis
datur utilitas, abstinendum autem ab his, quae
alteri nocitura essent, solo poena metu. Ad-
de, si placet, n. 5. Quod si igitur Deus non
daretur, conuentio etiam diuina non valeret,
quam duraret voluntas, ut quantum legi nulla
obstricta esset. Poena autem humana metus
pariter non sufficeret, sed etiam plane abesset,
si quis eam spernere aut declinare posset.

4. Grotium communem omnibus, quia sed
solidiora in Iure adspirant, Preceptorem esse
nemo, arbitror, negabit. Nolunt tamen aliqui
id ingenuo fateri, sed potius aliquos ejus erro-
res conquirunt, ut ab eo dissidentiadi occasionem
habent, vel etiam errores ei falso imputant.
Itaque verba ista, quae adduxi, nondum dimitto,
sed ulterius ostendam, quam temere aliqui ab eo
dissentiant. Deum non dari, sine summo scelere
dari non posse expresse docuit. Nunc autem susti-
nent aliqui Atheos omni in Deum criminis absolu-
vere, atque etiam Iudeos Christum blasphemantes
alios blasphemos non esse blasphemos pronun-
ciare non dubitant, ob eam rationem, quod utrius-
que Deum non agnoscant, adeoque in eo pec-
care non possint. Quasi vero scelere vacare
queant

queant, qui Deum non esse, sibi persuadere eiūscō agnitionem ex animo expellere connituntar. Si Athei in Deum non peccarent, tunc vero habēsent, quod vellent. Namque hoc vnicum ipsorum votum est, ut Deus non sit, vtque eundem agnoscere & colere necesse non habeant. Poenis quidem ob solum hunc errorem locus nō est, tametsi maxime perniciabilis sit, summaque pertinaciæ. Evidēt *Plinius* jam olim *I. X. ep̄. 97.* Christianos, quorum religionem proculpa, errore ac superstitione habebat, periuicaciam certe & inflexibilem animum debere puniri existimat; verum pertinaciā quoque adhuc actio & crimen internum est, quod ab hominibus puniri non debet, quamquam a Deo puniatur, poenis non solum aeternis *Matth. XIII. 30.* sed etiam aliquando temporalibus *Ez. LIX. 20.* sicuti multos haereticos misera morte extintos esse constat. Iure tamen puniretur Atheus, si alios seducere vellet, atque etiam sine poena regione excedere iuberetur. Itaque minime verum est, Atheos in Deum non peccare, sed aliquando etiam puniri possunt. Multo magis hoc obtinet in blasphemis, quos etiam puniri posse, docet *Illustris Boehmerus in I. P. V. P. Spec. I. II. c. 8. §. 26. lit. n.* quia blasphemia viam sternit ad quacunque mala perpetranda, Princeps autem omnia incitamenta poenis subiicere potest, quæ possunt vergere in perniciem reipublicæ. Addatur *Lev. XXIV. 16.*

5. Qui Atheos ac blasphemos à crimine in Deum liberare & absoluere conati fuerunt contra

Gro-

Grotium, cujus verba percepimus : sine summo scelere dari non posse , Deum non esse , iidem etiam ex Codice Iustinianeo meliora discere potuissent , sic enim habet l. 2. C. de *Summa Trinitate* : Is autem Nicenæ adfertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiens est : qui omnipotentem Deum & Christum Filium Dei uno nomine confitetur : Deum de Deo, lumen de lumine : qui Spiritum Sanctum, quem ex summo rerum Parente & speramus & accipimus , negando non violat. Manifeste Grat. Valent. & Theodos. Caesares Augusti hac lege tradunt, Deum negando violari. Quamvis vero de notitia ac religione neuelata sermo sit, idem tamen de notitia Dei ac religione naturali accipi potest ac debet. At isti quidem non Iustinianum magis quam Grotium audierunt. Omnia confingere malunt, quam Iustiniani doctrinam de Cura doctrinæ publicæ admittere. Atque eius rei exempla aliquothic subiiciemus.

6. **Quisque hominum Iure naturæ obligatus** est, vt ad verum Dei cultum alios excitet. Petrus etiam Deum in omnibus glorificandum esse monuit i. *Pet.* IV. 11. **Quemadmodum** igitur Parentes in liberis veram religionem propagare & custodire debent *Gen. XVIII. 19. Col. III. 20.* ita etiam Principes imperio suo rationibus Verbi divini, quæ subditis perfluideant, & ostendant obsequendum esse, innixo, idem efficere laborent, obligantur *Dicitur. XVII. 18. 19. Ibi. I. 16. 17.* Et cum his satis conueniunt verba l. 3. C. de *summa Trinitate*: Decere arbitramur nostrum imperium

subditos nostros de religione commonefacere: quæque sunt leges similes. At hæc lex tamen hodie improbatur, tanquam minus vera, neque enim necessarium esse contendunt, ut Princeps, tanquam Princeps & intuitu subditorum suorum, religiosis verò eis habeat, sed posse eum, immo etiam debere eum permettere, ut quisque credat; quæ velit. Rectius autem prius iudicatur dicta lege, ut Princeps subditos de religione commonefaciat. Quod si vero id frustra factum sit, tum demum, quia ad fidem nemus cogi potest, permittendum est, ut quisque credat, quæ velit, quæ enim saltim persuntur, ea credere debent iis, quæ præcipiantur.

7. Nomina, quæ Hæreticorum discrimen inserviant, iniuria omni vacant. Etiam *Tharsus*, *et Valentinus*. l. 6. C. de *Hæretico* docuerant, hæreticos eorum vocabula iure sortiri, quorum scelus & impietatem dogmatum in defensione veritatem imitati fuere: & congruum nomen esse, cum Ariani ab Ario, aliique ab aliis nuncupantur. Christianorum Catholicorum nomine autem eos abutti, quod nomen. l. C. de *summa Trinitate* s. i. ius tribuitur, quires Deitatis personas sub una Maiestate credunt. Sed hæc quoque hodie contempnuntur, quod tamen vel ideo fieri non debet, quia omnes fateri noceesse habent, nomina ista quatenus maxime necessaria esse, ut alii ab aliis discedantur, unde iis carere plane non possintis. 8. Ab honoribus excludi ob defectum corporis,

poris, vel aliam vel etiam nullam ob causam, pena non est. At si idem in heretico fiat, magno id opere damnatur, tanquam iniuria ac poena plenum. Militibus alicubi locorum pecunia coemiteria adsignata sunt, neque est, qui iniuriam eis aut poenam hac ratione inferri contendat. Idem sane in hereticis seruari potest, ut pecunia coemiteria eis tribuantur vel aliquid solemnitatum sepulturæ eorum detrahatur. Verum tunc hoc iniquum esse contendunt, cum tamen non magis tale sit, quam si milites separato cœmiterio videntur. Laudant hoc fine l. 9. c. de Hereticis, ubi Marcianus, humanum, inquit, & pium hoc arbitrati, hereticos permittimus sepeliri legitimis sepulchris. Neque reprehendenda lex est, non magis ac pœna, quibus idem promittitur, quæ omnino propter Ius Naturæ etiam hereticis seruanda sunt. Verum inde non conficitur, si Princeps, qui pacta sese non obligauit, nolis subditos diversæ religionis promiscue vao eodemque cœmiterio vel iisdem solemnitatibus sepeliri, hoc ipsum iniquum esse. Nam illud recte fieri potest, at non minus hoc quoque recte fieri potest. Imo hoc non solum recte fieri potest, sed etiam satius est, vt fiat, ac suadetur, Ut alia taceam, vel hac ratio fatis vrget, vt heretici peculiaribus cœmiteriis videntur, vel minoribus saltim solemnitatibus, quo Orthodoxi, iisdemque simpliciores, per discrimen hoc exterrum & conspicuum de discrimine religionum commoneant, cum aliqui, si discrimen

in sepultura nullum adsit, facile in eam opinionem deuenire possint. In religione etiam discriumen non adesse, ac perinde esse, quam quis religionem sequatur.

9. In genere hæc talia solida hac ratione defendi possunt, quod Princeps ne quidem obligatus est, vt hæreticos in territorio suo manere patiatur. Itaque si Princeps hæreticis iubere potest, vt finibus regni excedant, multo magis eos ab honoribus excludere potest, a cœmiterio aliquo, a iure capiendi aliquid ex Testamento, & ab aliis commodis ciuilibus. Est hæc argumentatio a maiori ad minus, adeoque fortissima, cum non posfit id, quod minus est, indubitum vocari, vbi de eo, quod maius est, dubitatio esse nequit. Mirari igitur conuenit, quæ eis dissentendi ratio esse possit, vt & veritatem liquidam reiiciant, & auctoritatem optimorum ac multorum Imperatorum spernant ac proculcent. Neque enim mouere quemquam potest, quod obliuiunt, etiam hæreticos talia facere. Primo enim vera sententia ita confirmatur etiam hæreticorum confessione, qui iniuriam sibi per talia fieri hoc ipso ipsi negant contra eos, qui id hodie contendunt. Deinde vero etiam optandum esset, vt hæretici similia ficerent, adeo enim id non faciunt, vt potius Dissidentes, quos pro hæreticis habent, persequantur, exercitium religionis impedian, & iniurias illis mortemque inferant, vti & Verbum Dei *Apoc. XVII. 6.* & experientia testatur. Denique si tamen hæretici eadem seruant, tum yero vt verbo Dei sic etiam Iuri-

Juribus istis non tam vtuntur , quam potius abutuntur , quia ipsi hæretici sunt veritatem pertinaciter corrumpti , ac dissentientes per errorem ac pertinaciam pro hæreticis habent , qui tamen tales non sunt , quibus adeo eo faltim nomine nihil commodorum ciuilium detrahi debebat .

10. Ne autem nimis a materia , quam mihi proposui , dimouear , nolo ista diutius exequi , aliisque leges Optimorum Imperatorum , quæ improbari iure nequeunt , vindicandas relinquo ; Neque vero quisquam Ixsum sese iure extimabit , quod hæc paucis adduxi , cum & verum defendendum fuerit , & auctoritas Imperatorum , cum ipsi ne his quidem pepercerint , sed plane etiam iniuria eos inuaserint . Quod si vero imperantibus aliqua obrepserunt , quæ defendi non possunt , si qui hæreticos ob solam hæresin poenis persecuti fuerunt , pro quibus tamen ciuilium , quæ dixi , commodorum , atque etiam ipsius tolerantiaz denegatio haberi non potest , cum omnis quidem poena contineat incommoda , at non omnia incommoda poenæ sint , quemadmodum e contrario commoda ista ciuilia intuita Orthodoxorum rationem praemiorum non habent , neque Principis culpa foret , sed subditorum , si qui commodorum istorum ciuilium causa veram religionem profiterentur , atq; hypocritæ existerent ; si qui Imperantes porro hæreticos infames esse voluerunt , aut alia admiserunt , quæ defendi non possunt : propterea tamen cetera , quæ satis recte sese habent , non sunt reliienda . Accedit , quod quæ iniquasunt , ea ple-

plerumque prauis & iniquis consultoribus originem debent. Adde Zingerum de I. M. I. 1, c. XVI. §. 12.

II. Ut ad rem redeam, quæ nos ad Iustiniani leges deduxerat, repeto verba legis anteacitata. Deum negando violari, seu, ut Grotius loquitur, Deum non esse, sine summo scelere dari non posse. Vidimus autem verba hæc non solum sana esse, sed etiam alijs ab erroribus alii retrahere potuisse. Non sane descendit Grotius in impiam istam sententiam, Deum non dari. Si autem hoc dandum esset, tum non ius, sed utile saltim, atque hoc etiam aliquem saltim Deum habere statuit. Pesime autem aliqui Atheos ac blasphemos a crimen in Deum abesse contendunt, neque enim sine summo scelere dari potest, Deum non dari, quæ verba sunt Grotii.

III.

I. Cum sine Superiore lex non sit, ut iam dictum est, de legibus diuinis disputaturus presupponat necesse est, aut ostendat, dari Deum. Et facile quidem mundus adspectu sui id persuadet, quod enim res creatæ sunt, & quod tales sunt, cum magna earum discrimina deprehendantur, id necesse est a causa aliqua prima sit, in qua vultato subsistatur. Incidit autem hic controversia de notitia Dei innata, quæ omitti non debet, cum hæc Dissertatione contra Fundamenta I.N.ac G. quæ dixi, directa sit. Negatur autem innata ista Dei notitia in *Institutionibus iuri prudenter Divinis I. I. c. 2. §. 67.* & in *Dissertatione Proseniali*

§. 45.

§. 45. ubi consentire dicuntur Viri eruditi. Quia vero principia connata & theoretica & practica, stude vero & falso, de agendis ac fugiendis, manifeste satis & ex ipsa experientia cognoscuntur & in sacris literis fundantur *Rom. I. 19. II. 15.* humana auctoritas nihil contra ea valere potest. Si gallatim ad *Pseudos* §. 46. prouocatus, qui tamen in *I. N. ac G. L. II. c. 3. §. 13.* & in *Apol. p. 33. §. 24.* hoc saltim dicit, sese vix necessarium arbitrari talia principia connata, praefacte defendere. Atque etiam Deum & naturam nihil frustra facere, vulgatum est, adeoque ista ratio non obstar. Multi sane notitiam Dei acquisitam omittunt, naturam non contemplantur, adeoque notitiae Dei ac legis naturalis expertes manarent. Nam autem Deus notitiam sui etiam conceauit, ut homines sine contemplatione naturæ ejus vel inviti ac renitentes compotes sint, teste experientia. Simplex principiorum theoreticorum non minus quam practicorum notitia in omnibus adest, at artificiosa demonstratio ac deductio plerisque deest. Ad hanc autem magis facit contemplatio naturæ. Addit etiam, per felicere principia connata credere.

2. Idem *I. c.* concedit, cognitionem ex distinctione rationis haustam ita firmiter animis impressam esse, adeoque euidenter conuincere homines, ut nunquam eandem excutere possint, si vel maxime ad sopiendas conscientiaz vellicationes illam plane animo eiucere conentur. At quæ principia homines animo eiucere possunt, ea omnino connata sunt per modum habitus naturalis

turalis, non vero per modum nude saltim potentiz. Ad quæ enim addiscenda nuda saltim potentia adest, ea demum per Institutionem aliorum & industriam multam animo imprimuntur, ac postea facillime obliuioni traduntur, imo multa eorum non addiscuntur. Principia autem innata sine informatione aut meditatione in homine insunt, & in renitentibus sese exserunt, neque ex animo villa ratione expelli possunt. Itaque per ipsam naturam nota sunt, & in ipsis hominibus manifesta, & intrinsece suggeruntur, quæ res non nudam saltim potentiam ac facultatem ostendit, sed habitum connatum ac naturalem. Ex assuetudine autem nequidquam deriuantur, quæ inuitis quoque adsunt, & animo euelli plane nequeunt. Hoc quidem Institutio efficere potest, ne animus a principiis connatis degeneret, eaque suppressore connexus velut obbrutescat, & vt etiam vterius proficere posse. Hoc quoque concedendum est, multos non attendere, an a natura an ex Institutione saltim principia innata hauserint. At ea ex sola institutione esse, concedi non potest, quia etiam sine hac, atque etiam inuitis adsunt, ac deponi nequeunt tametsi quis id maxime laboret & connitatur.

3. Allegat etiam I. c. dicta Scripturæ Sacrae
 2 Cor. III. 3. Prou. III. 3. VII. 3. Jerem. XXXI. 33.
 conf. XXIV. 7. Hebr. VIII. 10. X. 16. Jer. XVII. 1.
 vbi Deus legem suam in corda hominum inscribere dicitur. Quæ omnia eo pertinent, diuinæ gratiaz adscribendum esse, quod homines legis diuinæ memores & observantes sunt. Similiter autem

extremam legem naturae a Deo in cordibus hominum inscriptam esse nemo negat, sed potius hoc ipsum asseritur, adeoque ea dicta Scripturæ principiis innatis non obstant. Quod autem peccata Israelis in corda eorum inscripta dicuntur, eo ipso offenditur, conscientiam ipsorum certissimum, indeclinabilem & ineuitabilem testem esse peccatorum ab iisdem commissorum. Talia vero etiam sunt principia connata, ut firmiter impressa sint & inhærent, atque extirpari nullo modo possint. Itaque phrasis ista de inscriptione in cordibus hominum aliis etiam Scripturæ locis adhibita magis adfirmat sententiam istam, dari notitiam Dei concretam per modum habitus connati, tantum adest, ut eam destruat. Neque vero fieri aliter potuit, Deum enim esse notum ac manifestum est in hominibus ipsis, & Opus legis scriptum est in cordibus eorum *Rom. I. 19. II. 15.* Scriptura Sacra autem sibi contradicere nequit, ut quæ ab Auctore immutabili & infallibili profecta est.

4. In *Apol. p. II. 2.* * * phrasim istam significare dicit notitiam firmam stabilem, penitissime menti infixam & plane indelebilem, & non dari ignorantiam eius iuris, nec eius sensum ex animo deleri posse. Id ipsum docet quoque postea *p. 226. §. 23.* Quod si igitur principia quædam hominibus sine Informatione adsunt, quæ euangelizare ac deleri non possunt, quæ omnia de iis dici nequeunt, ad quæ animo imprimenda sola potentia adest, planum fit, illa esse congenita a Deo insita, habitualia, a nativitate ipsa esse impressa

pressa & habitum constituere. **Habent infantos etiam fidem** *Math. XVIII. 3.* **Quamuis vero fides non sit opus naturale, ceu obiicitur** *Dissert. Probat. ad Institutiones I. D. p. 94.* apparebat tamen exinde, potuisse Deum non minus principia homini a statuitate concreare & imprimere, quam infantis fidem largiri patet. **Quod autem intuitibilia Dei ex visibilibus & ex rebus creatis perspecta esse possunt** *Rom. I. 20.* ceu adduxit *Pufendorfius Apol. p. 226. §. 23.* id ipsum ad notitiam insitam probandam non adducitur, sed ad notitiam Dei acquisitam pertinet, de qua initio dictum est.

2. Subinde etiam obiicit, actuales propositiones & ratiocinia infantibus deesse: quorsum etiam pertinent dicta Scripturæ, vbi quid sinistrum ac dextrum sit, ignorare dicuntur, ut *Ioh. IV. 12.* Verum de notitia habituali sermo est, non de actuali, sicut eruditus, Mūscus aliique habens multos animis possident, etiamsi actu eos non exercet, de iis non cogitant vel dormiunt. Hinc etiam in *Institutionibus I. D. I. c. 2. §. 68.* frustra obiicitur, terminorum cognitione infantes destitui. Non enim de terminis agitur, qui ex voluntate & impositione humana significationem suam propriam habent, sed de re ipsa, quæ statim, vsu rationis sese exserente, etiam ante auditos ac perceptos terminos adebet, vt patet in surdo, qui ab ipsa natuitate talis est, item si quem singas in remotissimam solitudinem teneris annis delatum ac Prudentia diuina servatum, licere enim singere exemplo etiam A. postoli

postoli 1. Cor. XV, 15—19. iam demonstrauit *Pufendorfius Apol.* p. 396;

6. In *Fundamentis I. N. ac G. I. I. c. 4. §. 17.* dicitur *Lockus* in tractatu de intellectu disputasse contra hæc principia coramata. Sed quæ iste obiecit ad ea respondit *Vir Clarissimus M. Io. Guilelmus James* in *Dissertatione*, qua Principia innata aduersus *Io. Lockium* vindicavit. Idem §. 32. addit, quæ *Lockius* Cap. III. sc. contra principia practica disputatione; ea a *Summe Reverendo Presule Dresdensi* in *Oratione Inaugurali de Opere legis in corda hominum inscripto* discussa esse. Ex ipsis Scriptis igitur, quæ amplius obuiciantur, & quomodo ea refellantur, cognosci potest.

IV.

1. Cum sine Superiore lex non detur, alia controuerchia adhuc occurrit, quid habendum sit de Lege Dei æternæ, quam Scholastici Deo tribuunt. Statim autem appareat, cum Deus superiorum non habeat, improprie legem ei tribui. Intelligitur autem per legem Dei æternam complexus attributorum diuinorum, sanctitatis & iustitiae eius, contra quæ Deus agere nequit, cum non possit sibi ipsi esse contrarius, ob quam causam legis nomine, quamvis improprie, venit, quia ut subiecti contra legem iure facere non possunt, sic Deus contra sanctitatem & iustitiam, quæ voluntatem eius moderantur, facete omnino non potest. Etcum hæc doctrina hac ratione explicetur, non est, cur ea improbetur.

B.

2. Neque

2. Neque etiam ab hac lege, saltim quod ad rem ipsam spectat, differt sententia *Pufendorfi*, qui in *Apol. p. 235; §. 7.* docet, dari actus, qui per se Deo non conueniant i. e. quæ salua ipsius perfectione & extra contradictionem in eum cadere non possunt. Sicut autem per hanc doctrinam, ac per aliam eiusdem doctrinam, qua l. c. obiectum iuris Naturalis constituere dicit actus per se honestos aut turpes, posita ea conditione, quæ DEus genus humanum liberrima voluntate creavit, principium aliquod DEO coeterum, aut quod voluntatem DEI antecedat, aut fatum non fingitur aut defenditur; ita eadem quoque non finguntur per doctrinam istam de lege Dei æterna, neque, qui Deo superior sit, statuitur. Vide *Institutiones I. D. l. l. c. I. §. 31. & Dissert. Proœm. §. 39.*

3. Atque hinc etiam porro est, quod *Pufendorfius l. c.* monuit, voluntatem, Dei simpliciter, nude & absolute talēm non esse principium iuris Naturæ, sed libere quidem DEum creauisse genus humanum, in luce Naturæ autem constitudo necessitatem aliquam adesse, eamque hypotheticam, quam ipse Deus fecerit, cum homines tali statu considerit, ut in eo actus quidam illi necessario vel conueniant, vel repugnant, de quibus adeo pro sanctitate & iustitia sua, quæ decreta voluntatis eius moderantur, adeoque principium essendi iuris Naturæ ingrediuntur, contrarium statuere non potuit. Atque hæc sententia est dicti: obligationem in iure naturali ex obiecto sese diffundere in præceptum, in

in positivo ex precepto se diffundere in obiectum: in hoc enim etiam aliter statuere Deus posuisset, si voluisset *Institutiones I. D. I. c. 2.*
§. 75.

4. Ibidem §. 76. pro contradictione habetur, cum dicunt, aetius quosdam sua natura esse honestos vel turpes. Verum contradictione nulla adest, non enim *totum* se antecedenter ad legis naturalis determinationem usurpat, quae ratio subiicitur. *Aperte Pufendorfus in Apol. p. 256.*

§. 26. falsum esse pronunciat, quod in puncto rationis turpitudo actus prior sit definitione a Deo facta, cum actus eam habitudinem cum natura humana obtineant, quia Deus eiusmodi creaturam libere constituit. *Primo* omnium, pergit *l. c.*, concipitur homo tanquam creatura rationalis a Deo libere producenda. *Inde* concipitur habitudo ipsorum actuum, ad normam dirigi aptorum. *Post* hanc lex tanquam norma, ad quam actus isti necessario referendi & dirigendi sunt, ac *demum* concipitur honestas & turpitudo tanquam affectiones actuum ad normam relatorum. *Praterea* contra rationem esse monet, aliud punctum rationis hic comminisci, aut ordinem hunc interuertere. Ordo autem hic sicut cum reipsa conuenit, atque ex illa manifeste profluit, sic etiam cum Definitione iuris Naturalis a *Grotio* allata conuenit, atque ex illa profluit, quam vide *de I. B. ac P. l. I. t. I. §. 10.*

5. Cum igitur status generis humani, cui actus quidam per se ac necessario conueniunt vel repugnant, a Deo ipso in Creatione liberri-

ma voluntate produc^tus fuerit, nihil hac ratione, quod legem naturæ præter voluntatem diuinam antecedat, statuitur, id quod vel exinde quoque manifestum est, quod etiam actus dantur, qui per se Deo non conueniant, sauent, ut iam notatum est, eodem Pufendorfio, quo ipso tamen pariter nihil fingitur, quod legem DEI æternam improprieditam antecedat. Denique ista non magis cum contradictione dicuntur, quam cum contradictione dictum est *Institutionibus I. D. I. c. 4. §. 34.* statum esse normam legis, legem vero esse normam actionum, quas homines in isto statu viuentes debent edere. Atque etiam de ipsa lege naturali sermo est antea §. 29. ubi docetur ipsam humani generis conditionem seu statum totius humani esse normam legis naturalis. Amplius vero nihil contendunt, qui statuunt, obiectum Iuris Naturalis esse actus per se honestos vel turpes.

6. Deinde vero hoc etiam apparet simul, non esse, quod Pufendorfio imputetur, quasi nimirum impositioni tribuerit, cum non intellexerit impositionem simplicem, nudam & absolutam, sed coniunctam cum necessitate hypothetica, quæ est ex suppositione actus a Deo liberissima voluntate antesuscepti, nempe ex creatione creature rationalis, ceu in Apologiis multis locis contra aduersarios multos docuit, *Fundamenta I. N. ac G. Capite Proemiali* §. 7. satis etiam conditionem naturæ humanae post lapsum explicavit, deque statu naturali vario sensu accepto disputauit.

7. Negatione

7. Negatur etiam *l. c. l. l. c. 6. §. 10.* sanctitatem Dei esse fundamentum Iuris Naturæ. Verum cum Deus contra sanctitatem & iustitiam suam agere nequeat, hæc autem decreta voluntatis diuinæ dirigant, manifestum est principium essendi Iuris Naturæ non aliud esse, quam sanctitatem & iustitiam Dei, ut quæ voluntatem Dei, a qua non minus lex naturalis est quam ipsæ creaturæ, dirigunt. Hoc ipsum etiam ex sacris literis confirmari potest, est enim homo ad imaginem Dei conditus, quæ præcipue in convenientia cum sapientia, iustitia ac sanctitate diuina constituit, in cuius reliquiis lex naturalis post lapsum recte habetur. Principium autem cognoscendi Iuris Naturalis sanctitatem & iustitiam Dei non esse, facile conceditur. Sunt tamen Iuris Naturalis principium essendi ac principium cognoscendi discernenda ac distinguenda. Est autem sanctitas in Deo summa omnisque omnino labis expers puritas, munditiem debitam exigens a Creatura, & abhorrens a contrario *Leur. XI. 44. 45. Ps. LXXVII. 14. CXLV. 17.* Neque vero ratio sibi relictæ sanctitatem Dei, ceu *l. c. §. 11.* obiicitur, ignorat. Cum enim conscientia & cogitationes hominum se inuicem accusent *Rom. II. 15.* adeoque testimonium perhibeant de pœnis diuinis sceleris insequentibus, eo ipso sati cognoscunt homines, Deum non minus sanctum esse, quam iustum. *Rom. I. 26-32.* Quod autem Deo propter sanctitatem eius lex æterna impropre tribuitur, actus quidam ei per se repugnare dicuntur, & actus, circa quos lex na-

turꝝ versatur, per se honesti vel turpes habentur, per hæc omnia non fingitur superior, a quo Deus lege obligetur, aut aliud quidquam quod eum antecedat, vt haec tenus demonstratum est. Cumque Deus Superiorem non habeat, siquidem alioqui Deus non esset, constat eum lege proprie dicta nulla obligari.

V.

I. Cum lex naturalis a Dei voluntate sit, eademque immutabilis, non potest non etiam ex ipsa Dei sanctitate & iustitia expressa esse, utpote quæ decreta voluntatis diuinæ, ceum modo dictum est, dirigunt. Hac igitur de re nunc exponentum est. Quamuis autem de iustitia Dei lege humanæ iustitiae disputandum non sit, si iustitiae Dei aduersetur, tamen vice inuersa veram statuo esse sententiam, de iustitia humana ex regulis iustitiae diuinæ recte iudicari. Pleraque, quæ obiciuntur, nihil aliud probant, quam ingens istud discrimen, quod est inter Creatorem & creaturas, vnde tamen non diuersa iustitia sed diuersa saltim eius applicatio oritur. ICtus aut Philosophus, ut habent *Fundamenta I. N. ac G. Cap. Proæm. § 29.* recte docebit hoc vel illud ab hominibus inter se saluis regulis iusti fieri non posse, quod tamen non repugnat regulis sanctitatis & iustitiae diuinæ, utpote quæ mensuram regularum humanarum excedit. Exempli loco ponitur *I. A. s. 7. §. 30. 31.* contra leges iusti eum peccare, qui bene merenti poenam, contra leges peccanti præmium tribueret, eundemque continuare iniustitiam istam, si poenam ab innocentibus perpetiam velit imputare nocenti in præmium, tametsi,

tinetfi, vt additur l. l. c. 6. §. 12. * innocentem etiam volentem torqueat, & huius torturam imputet nocenti; ac contraria omnia saluis regulis iustitiae diuinæ fieri posse, docere Dominos Theologos.

2. Ergo vero existimo hoc non obstat, quo minus iustitia diuina & humana, ius rectorium & aequatorium, examus sim coincidant, neque enim Iurisprudentia naturalis cum Theologia confundi debet, vti ipsis *Institutionibus I. D. I. I. c. 1. l. b.* monitum est. Manifesta ratio discriminis hac in re inter forum diuinum & humanum est. Etenim punit Princeps, vt consulat reipublicæ. Nam vero innocens non peccauit, adeoque eo nomine puniri & emendari nequit, nocens autem non emendaretur, si innocens poena pro ipso, forte etiam quacunque de causa volens, adficeretur. Alio autem fine Dei Filius peccatorum nostrorum poenas suscepit ac pertulit, vt scilicet satisfaceret infinitæ iustitiae diuinæ. Secus hoc se habet in poenis humanis, quæ ab hominibus meritis hominibus infliguntur, iis enim iustitiae diuinæ satisfieri non potest *P. XLIX.* 8. sed, vt dixi, spectatur in iis saltim salutis ac securitas reipublicæ. Diuersa hæc sunt ex ratione ac fine diuerso, non pugnantia aut contraria, per quæ demum euinceretur, iustitiam diuinam & humanam unam eandemque non esse.

3. Quod autem negatur, poenam ab innocentia perpetram nocenti in premium imputari posse, obseruandum est, non posse hominem poenis quidquam commiseri, adeoque nihil est, quod

ex pœnis alteri imputari posſit. Quod attinet ſimile allatum, Phyſicum etiam docere, eſſe impoſibile naturaliter ut virgo pariat, etiam ſi reuelatio ac Theologi de partu ſupernaturaliter concepto doceant contrarium, primo quidem hæc etiam non ſunt contraria. Potentia etiam Dei eſt eadem, modus autem eam exercendi ſaltim diuersus eſt, naturalis vel ſupernaturalis, atque de illo agit Phyſicus de hoc Theologus. Deinde vero hæc ad Omnipotentiam Dei pertinent, quæ ſeſe in conceptione iſta exeruerit, non ad iuſtitiam DEI, adeoque ex illa, ſi Phyſicus ac Theologus contraria docerent, ad hanc concludere non licet, ut negetur iuſtitiam diuinam & humanam vnam eandemque non eſſe.

4. Vice versa, vti legitur *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proem. §. 29.* ¶. aliquid inter homines ſalvis regulis iuſti fieri potest, quod tamen Theologi docent repugnare regulis ſanctitatis & iuſtitiae diuinæ. Ita ICtus docet Principi competere ius aggrediandi, quod tamen Theologi contra Socinianos docent, a Deo ſalua eius iuſtitia exerceri non poſſe, ceu reuelatio, vt *I. III. c. 7. §. 9.* additur, oſtendit. Idem obiicitur *I. I. c. 6. §. 12. **. Adde Pufendorfius in *Apol. p. 112. p. 197. §. 3. p. 202. §. 6.* fine, ac *p. 340. §. 10.* Verum non eſt committenda metabasis in aliud genus discipline, vti pariter *I. III. c. 7. §. 9.* monitum eſt, adeoque iterum hic dicendum eſt, quod iam ante ex iſpſis *Inſtitutionibus I. D.* dixi, Jurisprudentiam naturali non confundendam eſſe cum Theologia.

logia. Namque hic etiam manifesta est ratio discriminis. Enim uero Princeps peccata punit ad conseruandam quietem reipublicæ. Quod si hæc sine pœna obtineri potest, Princeps hanc sine violatione iustitiaz remittet, quia eo ipso obligationi suæ, qua obstrictus est, ut tranquillitatem reipublicæ custodiat, iam satisfecit sine pœnz irrogatione. Posse autem aliquando salutem reipublicæ conseruari nulla pœna adiuita, non potest negari, sic enim Clericos & Ecclesiam etiam in causa sanguinis Canonistæ perhibent intercedere posse supplices, sed ciuiliter, nimirum si publica tranquillitas ita farta tecta remanere potest, maleficos huiusmodi cinctra necem plecti. Quamuis autem hæc admissionem pœnz capitalis saltim pertineant, idem tamen de remissione omnis pœnz verum est?

5. Tantum vero abest, ut hinc conuenientiadivinæ & humanæ iustitiaz impugnari queat, ut potius exinde aperte confirmetur. Namque Ipse Deus quoq; Caino cæde fratris commissa pœnam condonauit & iure aggratiandi vsus est, cum eum non minus pœna adficere iure potuisset, quam postea pœnam capitis in homicidium legi constituit. Itaque Deus de lege sua tum quidem non remisit, ut quæ nondum aderat, pœnam tamen fratricidæ non intulit. Alia quoque Deus in Theocratia, adeoque, ut sic loquar, tanquam Princeps in foro humano, impune diuinit. Nec minus hodie Deus indulgentia sua homines ad pœnitentiam induitat Rom. II. 4. Manifestum exinde est, & ius aggratiandi salua

iustitia a Principe exerceri posse & iustitiam humana ac diuinam non differre, sed potius convenire.

6. Eodem igitur exemplo etiam quam clarissime apparet, nihil aliud esse. quam confusio nem lurisprudentiaz naturalis ac Theologiaz & metabasin in aliud genus disciplinaz, quando contra conuenientiam iustitiaz diuinaz & humanaz ex Theologia disputatur, veluti hic obiiciuntur, quaz contra Socinianos defenduntur. Quatenus enim iustitia diuina & humana in eundem finem intenduntur, eatehus utramque conuenire iam demonstratum est. Quod autem Dogmata Theologiaz de iustitia diuina attinet, aliud est remissio pœnarum, quibus reipublicaz commodum queritur, aliud remissio pœnarum quibus Deo satisfacendum est. Quod illam attinet, diuina & humana iustitia conuenit. Hæc autem ob infinitam Dei iustitiam, quaz per peccata Iæsa erat, locum habere non potuit. Testimonium Scripturaz, quod Deus non potuit salua iustitia sua peccata Adamo sine satisfactione condonare, est *Ebr. IX. 22.* vbi negatur, remissionem esse sine sanguine. Applicatio autem iustitiaz hactenus intuitu Principis locum habere non potest, quia ipse creatura Dei est ac finita, ac peccator, sicut intuitu Dei applicatio iustitiaz interdum locum non habet, quia Verbi causa benefactorem non habet, & contractu emtionis venditionis similibusque non indiget.

7. A pœnis æternis frustra quoque discrimin interiustitiam diuinam & humanam deducitur. *Fundamentis I. N. ac G. p. 201. §. 57.* ac p. 279. §. 6.* Namque earum ratio non alia est, quam quod peccata in æternum continuantur, cum impii ob incredulitatem suam a peccatis liberati non sint. Absurdum etiam foret, sanctos esse in inferno. Cumque Scriptura dicat, nihil impuri in cœlum venturum esse, manifestum est in inferno esse omnne impurum. Pater idem exemplo Diabolorum, qui Deum blasphemant, hominesque seducunt. Iam vero etiam humanæ iustitiae conuenit, ut delicta, quoties repetuntur, puniantur. Amplius etiam diuinæ & humanæ iustitiae conuenientia inde apparent, quia in foro humano prout quis vel grauius vel leuius deliquerit, hoc grauius vel leuius punitur. Eandem autem iustitiam ipse Deus exercet, quod spectat ad gradus cruciatuum in inferno, tolerabilius enim aliis quam aliis fore, ipse Seruator testatus est *Matth. XI. 22.*

8. Gratitudinem, quam Ius naturale dicitat, ex archetypo diuinæ iustitiae deduci posse, negatur *Institutionibus I. D. I. I. c. 4. §. 25.* ac *Fundamentis I. N. ac G. I. I. c. 6. §. 12.** Adducitur huic sententiae adfirmandæ dictum *Iobi XL. 2.* ac Pauli *Rom. XI. 35.* Addatur *Pſ. L. 10. II. 12.* Sunt autem verba Iobi hæc: quis beneficium dedit Deo, ut ipsi retribuat? Videri etiam potest *Pufendorfius Apol. §. 9. M. p. 199. fine §. 4.* Verum enim vero nihil amplius hinc evincitur, quam discrimin inter Creatorem & creaturas. Cum enim

iustitia a Principe exerceri posse & iustitiam humanam ac diuinam non differre, sed potius convenire.

6. Eodem igitur exemplo etiam quam clarissime apparet, nihil aliud esse. quam confusione lorisprudentiaz naturalis ac Theologiaz & metabasin in aliud genus disciplinaz, quando contra conuenientiam iustitiaz diuinaz & humanaz ex Theologia disputatur, veluti hic obiiciuntur, quaz contra Socinianos defenduntur. Quatenus enim iustitia diuina & humana in eundem finem intenduntur, eatehus utramque conuenire iam demonstratum est. Quod autem Dogmata Theologiaz de iustitia diuina attinet, aliud est remissio pœnarum, quibus reipublicaz commodum queritur, aliud remissio pœnarum quibus Deo satisfacendum est. Quod illam attinet, diuina & humana iustitia conuenit. Hæc autem ob infinitam Dei iustitiam, quaz per peccata hæsa erat, locum habere non potuit. Testimonium Scripturaz, quod Deus non potuit salua iustitia sua peccata Adamo sine satisfactione condonare, est *Ebr. IX. 22.* vbi negatur, remissionem esse sine sanguine. Applicatio autem iustitiaz hactenus intuitu Principis locum habere non potest, quia ipse creatura Dei est ac finita, ac peccator, sicut intuitu Dei applicatio iustitiaz interdum locum non habet, quia Verbi causa benefactorem non habet, & contractu emtionis venditionis similibusque non indiget.

7. A pœnis æternis frustra quoque discriminem inter iustitiam diuinam & humanam deducitur. *Fundamentis I. N. ac G. p. 201. §. 57.* * ac *p. 279. §. 6.* Namque earum ratio non alia est, quam quod peccata in æternum continuantur, cum impii ob incredulitatem suam a peccatis liberati non sint. Absurdum etiam foret, sanctos esse in inferno. Cumque Scriptura dicat, nihil impuri in cœlum venturum esse, manifestum est in inferno esse omnne impurum. Patet idem exemplo Diabolorum, qui Deum blasphemant, hominesque seducunt. Iam vero etiam humanæ iustitiae conuenit, ut delicta, quoties repetuntur, puniantur. Amplius etiam diuinæ & humanæ iustitiae conuenientia inde appareat, quia in foro humano prout quis vel grauius vel leuius deliquerit, hoc grauius vel leuius punitur. Eandem autem iustitiam ipse Deus exercet, quod spectat ad gradus cruciatuum in inferno, tolerabilius enim aliis quam aliis fore, ipse Seruator testatus est *Matt. XI. 22.*

8. Gratitudinem, quam Ius naturale dicitat, ex archetypo diuinæ iustitiae deduci posse, negatur *Institutionibus I. D. I. I. c. 4. §. 25.* ac *Fundamentis I. N. ac G. I. I. c. 6. §. 12.* * Adducitur huic sententiae adfirmandæ dictum *Iobi XLI. 2.* ac *Pauli Rom. XI. 35.* Addatur *Pf. L. IO. II. 12.* Sunt autem verba Iobi hæc: quis beneficium dedit Deo, ut ipsi retribuat? Videri etiam potest *Proverbios Apol. §. 9.* & *p. 199. fine §. 4.* Verum enim vero nihil amplius hinc evincitur, quam discriminem inter Creatorem & creaturam. Cum enim

enim Deus perfectissimus sit, summeque beatus, sibique ipse sufficiens, non potest beneficium nullum a quoquam in eum conferri, sed ipse potius fons est, ex quo omnes omnia beneficia accipiunt. Hinc etiam gratitudo a Deo exerceri non potest, quia benefactorem nullum habet. At si Deus benefactorem haberet, tum utique per iustitiam suam non posset non eum remunerari. Atque hoc etiam verba Iobi ac Pauli satis manifeste ostendunt, ut quæ hoc docent, non esse, qui Deo beneficium dederit aut dare possit, si autem datum esset, omnino retribuendum ac reponendum esse, ideo enim queritur, quis Deo beneficium dederit, ut ipsi retribuat. Restam clara est, ut non opus sit similibus locutionibus rem illustrare & confirmare. Enim uero negat, uterque, Deum benefactorem habere, at non negat, Deum necessario per iustitiam suam vicem beneficiorum redditum esse, si benefactorem haberet, sed hos potius adfirmat, dum requirit, quis sit benefactor, cui dona retribuenda sint. Frustra igitur haec adducuntur ad probandum, iustitiam diuinam & humanaam non coincidere, cum potius conuenientia utriusque inde elucescat. Eadem haec ipsa in re vterius inde confirmatur, quod etiam animalia cetera, siue solo instinctu naturæ, siue quod anima aliqua materiali, quæ ad animæ rationalis perfectionem non adscendat, quæque cum ipsis intereat, prædicta sint, gratitudinem exercent, ut ciconiæ aliaque senes infirmos alentia. Itaque cum plerarumque virtutum similitudines in

in istis deprehendantur, exq;
tꝫ sint, simulachrum huius e-
dit, iustitiam omnino vna
Itaque ipse Deus per iustitiam
reponeret, si a quopiam acc-
ercere autem hanc iustitiae
quia benefactorem non hab-

9. Quando Deo tribuitur.
dorius I. N. ac G. l. II. c. I. §. 2.
genda respicere aliquam o-
in altero, sicut iustitiae hum-
sed quia talem agendi modum
naturae congruere ipse operi-
nes ostendit. Verum inde i-
stitia humana ex iustitia diui-
se, sed saltim ostenditur ha-
inter Creatorem & Creatura-
reposui, quo etiam modo p-
possunt. Deus enim Sup-
adeoque nec lege vlla pro-
qua de re antea dictum est.
xterna ageremus. Quamuis vero lege non ob-
ligetur, vt homo, ipse, tamen sibi lex est, siqui-
dem contra attributa ipsi essentialia, sanctitatem
& iustitiam, facere nequit. Ex his cum lex na-
turalis expressa sit, non potest non iustitia diui-
na & humana eadem esse. Atque omnino im-
plicaret, iustitiam esse & non esse simul, nempe
in homine & non in Deo, vel vice versa, in Deo,
at non in homine. Ex discrimine autem inter
Creatorem & Creaturas non oritur diuersitas iu-
stitiae, sed saltim diuersa applicatio, vel etiam
aliquan-

aliquando applicationis defectus, ceu iam exemplis intellectum est.

10. Subiicit. c. promissa Dei non fallere, quia hoc præstantiæ diuinæ conuenit, aut quia promissa fallere imperfectionem aliquam inuoltuit, quæ a Deo quam longissime abest. Euincit eo ipso, Deum per essentiam facere, quod homines per legem Dei facere debent, seu iustitiam Dei esse essentiale, iustitiam autem hominum esse imperatam. Propterea tamen iustitia ipsa diuersa non est, sed potius apparet, iustitiam diuinam & humanam necessario convenire, unam eandemque esse, cum iustitia imperata non posse non conuenire cum iustitia Dei essentiiali, ut qui sibi contrarius esse nequit. Pergit, mortales eadem de causa promissa diuina non velut ex iure suo postulare, neque enim hic, quod in promissis humanis, obtinere; solue quod debes. His vero pariter edocet saltim discrimen inter Creatorem & creaturas. Deus enim potentissimus cogi nequit ad seruanda promissa: Seruat tamen eadem propter essentiale iustitiam. Itaque non magis inde consequitur, iustitiam diuinam & humanam non eandem esse, quam inferri posset, diuersam esse iustitiam, qua Princeps promissa seruat, & qua subditus promissa seruat, quia Princeps compelli non potest, ut quæ promiserit, impleat, subditus autem à Principe, siue huic, siue aliis promiserit cogi potest. Utique enim Princeps non minus obligatur quam

quam subditus, adeoque estitia. Quod autem subditus Princeps, id ex diversa vtrius quod hic superiorem non habile habet. Deinde iustus per suz sine coactione, quæ locutus, satisfacit, aut si ius sufficit, rem committit quibusduscant, posteaque, si subditus sponte facit, quod debet. Inter discrimine isto, Princepsem iustitiam seruat, quam ter exinde, quod Deus cogimissa praestet, nihil amplius crimen ingens Creatoris debilis creaturæ. Quia tandem sponte praestat per essentiam hinc patet, iustitiam di- conuenire.

II. Non ingratum fore p
declarem, quo ipso res est.
Præbet autem exemplum Hiskias, qui, cum mors ei instaret, non locutus est ad Deum in hunc modum, ut solueret quod deberet, neque velut iure suo postulauit, ut Deus vitam ipsi prolongaret, propterea quod ille piis vitam diutinam promisit, ut Præceptum Decalogi quartum ostendit ac *Ps. XC. 16.* sed multis cum lacrimis humillime a Deo petiit, vellet meminisse, quam fideliter rectoque corde fecerit, quæ ipsi placent. Tum vero Deus promissa sua sponte expleuit, & quindecim annos vitæ eius adiecit

2 Reg. XX. 36. Princeps quidem iniustus promissa sponte non seruat, quod simile modo pallatum est, Deus tamen iustissimus, tametsi cogi nequit, semper, quæ promisit, facit. Dis crimen autem hoc inter Creatorem & Creaturas nihil obstat, quo minus humana ac diuina iustitia sit eadem, etiam Theologi satis ostendunt, dum de foedere Iehouam inter & Virum Zemah atque omnes personas Deitatis initio de genere humano in gratiam recipiendo, redimendo ac sanctificando, deque aliis, quæ huius rei intuitu tres Deitatis personæ a se se inuicem stipulatæ fuerunt, sibique inuicem promiserunt, ex saeculis literis exponunt. Enimuero fœdus illud a singulis Deitatis personis sanctissime servatur, quæ tamen sibi pares sunt. Quod igitur promissa seruanda sunt, in hoc iustitia humana cum iustitia diuina convenit.

12. Idem l. II. c. 3. §. 5. repetit, potestatem diuinam nulla lege, nullaque obligatione coerceri aptam esse: magnitudine & bonitate eius indignum fore, jubere aliquem frustra ab ipso quid sperare, id enim oriri ex deficiente facultate præstandi, vel ex levitate aut malitia aut ex ignorantia conditionis rerum, quæ tempore præstandi promisisti binc promissa sua non posse non Deum seruare, hominem non debere non seruare. Præterea addit, inter homines sanctum vocari, qui crassioribus vitiis abstinet, & officii est obseruans, ad quem modum sanctitas diuina concipi nequit: Deo ius esse, quod creauit, destruendi, etiam

etiam cum aliquo doloris sensu. Verum hæc quoque omnia non aliud docent, quam discrimen esse inter Deum & hominem, non vero diversam esse iustitiam diuinam & humanam. Quod autem Deus Abrahamum iusfit mactare filium, in hoc quoque conuenit iustitia diuina & humana. Nocens enim ac delicti in foro humano reus recte occiditur a Principe. In foro autem diuino nocens est ac reus omnis homo, etsi in foro humano talis non sit, vt Isaacus. Innocens autem condemnari non debet. Atque in his quoque omnibus conuenientia humanæ ac diuinæ iustitiae elucefecit. Nec minus Deus ut iustus index Israëlitas iusfit Ægyptiis vase aurea & argentea subducere in præmium laboris Ægyptiis præstiti Gen. XV. 14. adeoque exinde etiam a consonientia iustitiae diuinæ & humanæ impugnari nequit, sed potius confirmatur. Discrimen saltim inter Creatorem & homines his duobus exemplis apparet, vnde etiam est, quod homines ius Dei exequentes non peccant, eum non ut homines agant, sed ut ministri & executores iuris ac mandati diuini, qui tamen peccarent, si iussa Principis talia ficerent, cum ita iura naturalia violarent, neque enim hic saltim ut executores voluntatis principalis spectari possent, vt cui tantum ius non est, quam Deo, ob discrimen quod inter Creatorem & creaturas intercedit.

13. Quæ idem l. II. c. 3. §. 6, habere habet, ad ea iam responsum est, ubi ipse etiam prodit, ad discrimen inter Creatorem & Creaturas saltim

C

pertinet.

pertinere, quæ ab ipso contra conuenientias iustitiae diuinæ & humanæ obiciuntur, ita enī t. c. scribit: si hoc afferitur, Deo non plus iuri esse in Creaturas, quam hominib[us] inter se adhibere concessum; clarioribus argumentis op[er]e est, vt credamus; domino eminentissimo non plus esse iuris in seruum, quam seruo in conseruum natura æqualem: seu vt Grotii termini vtar, ius rectorium & æquatorium examus si coincidere. Idem apparet in *Apol.* §. 25. vbi assert Deum lege Superioris, vt quem non habet non obligari, vt hominem: iustitiam diuinam exerceri a supremo domino in creaturas: iustitiam autem humanam ab iis, qui natura intersunt æquales. Adde p. 198. §. 4. fine. Eadem p. 25. iustitiam Dei vocat illud attributum, iuxta quod promissa sua firmiter seruat, ac munere suum premi iudicis, legumque suarum velut assertoris incorrupte fungitur. Huc pertinent quæ *Grotius* adduxit de diuina promissorum præfatione *de I. B. ac P. I. II. c. II. §. 4.* & de Deo iudice *I. I. c. I. §. 10. n. 5.* Conuenit cum definitione isti Pufendorfi etiam hæc: Iustitia Dei est summum voluntatis diuinæ rectitudo, secundum quam & per quam suum cuique creaturæ rationali remunerando vel vindicando tribuit *Pf. XI. 6.*; *8. CXIX. 138. CXLV. 17.* Hinc Deus remuneratupios ob promissa sua gratiosa, ac distribuit etiam gradus gloriae diuersos in vita æterna *I. Cor. XI. 41. 42.* sicut etiam gradus cruciatum in inferno diuersi sunt *Matt. XI. 22.* & utrumque proprieatis & impietatis gradibus.

14. Ju

14. Iustitiam hominibus inuicem exercendam esse expressam ad iustitiam DEI essentialiem tanquam ad prototypum, ex sacris literis omnino confirmari potest, quia inde constat hominem ad imaginem DEI conditum esse, in cuius reliquiis post lapsum lex naturalis supereft. Hinc vero non consequitur, nec etiam quisquam contendit, hominem DEO per omnia esse similem (vide etiam *Institutiones I. D. l. c. in Fundamentis I. N. ac G. l. l. c. 6. §. 10. **) vel iustitiam humanam, diuinæ *ἰερότατην*, omnes eius partes repræsentare, atque huic examus sim, adæquate, vndiquaque & ad omnes partes respondere *Iob. IV. 17.* Hic enim obstaret ingens discrimen inter creaturam & Creatorem independentem ac supremum, infinitum ac perfectissimum, incorporeum, nulla lege obstrictum, nulla re indigentem, qui ius maius habet in creaturas, quam hæ in se inuicem, qui cogi non potest, & qui non solum ciuilem securitatem, sed etiam finem spiritualem & æternum respicit, quæque sunt alia, quæ haetenus adduximus, quæ non quidem diuersam ab humana iustitiam constituant, sed tamen diuersam applicationem requirunt, quemadmodum etiam inter homines ob diuersas circumstantias diuersimoda fit iustitia applicatio. Itaque omnino verum est, ultra reliquias naturam comparationem non esse extendendam, facile quoque conceditur, præstabilitam ac perfectionem, quæ est in homine si fidem datam seruer, verax sit, nemini iniuriam inferat, ius incorrupte dicat, in eo, qui prima

causa est, & huius vniuersi summus Moderator, modo longe nobiliore, & qui in ente eminentissimo & independente possit locum inuenire, intellegendam esse Pufendorfius Apol. p. 198. §. 4. ac p. 200. §. 5. p. 202. §. 5.

15. Concedit idem in *Apol. p. III.* ex sola ratione naturali innescere, quod Deus sit iustus essentialiter, quod nemini iniuriam faciat, quod promissa sua firmiter seruet, quod verax sit in verbis & factis, quodque munus iudicarium in creaturas legibus obnoxias incorrupte exerceat. Nihilominus mox contendit propositionem esse soli rationi humanæ incognitam, quod iustitia Dei essentialis sit archetypa legis naturalis humanae, quod etiam repetit p. 198. §. 4. At vero si ratio sola nouit Deum esse iustum, nouit etiam iustitiam humanam ex iustitia diuina esse expressam. Pugnaret enim, iustitiam esse diuersam, aliam in Deo, aliam in homine, cum ea non possit non esse eadem, quia iramutabilis est, *Grotius de I. B. ac P. lib. I. c. I. §. 10. n. 5.* Postea p. 112. & p. 203. §. 7. vrget, iustitiam humanam respicere legem & superiorem, ac ponere in altero ius ad exigendum, item quasdam eius partes presupponere indigentiam humanam, vti est iustitia, qua contractus reguntur, de quibus omnibus modo dictum est. Addit porro, iustitiam Dei vindicatiuam longe rigidiorem & exactiorem esse quam iustitiam humanam: iustitiam humanam sepe delictorum veniam facere citra ullam satisfactiōnē, ex respectu boni publici aut soli clementiae ostendand: id quod in iustitia diuina secus est,

quz

quæcitra satisfactionem generi humano in peccatum prelaldo non potuit placari. Ad hanc iam responsum est initio. Iustitiam autem humanam rationi prius cognitam esse quam diuinam, quod & p. 198. §. 4. repetitur, non existimo, quia principia connata homines statim ad Deum diuinamque iustitiam, ex qua opus legis in cordibus inscriptum, expressum est, deducunt. Neque obstat, vocabula significationis ante nobis notæ ad attributa diuina applicanda esse, ceu p. 200. §. 5. vrget, de re enim ipsa sermo est, non de vocabulis, quibus res exprimuntur, quæque ex impositione hominum valent.

16. Inprimis de eo obseruandum est, quod hoc saltem contendat, dogma istud: *Ius naturale esse iuris iustitiae Dei essentialis*, in Disciplina Iuris naturalis non posse subire vicem propositionis fundamentalis *Apol. p. 197. §. 3.* id quod omnino concedendum est. Cum enim iustitia & sanctitas Dei voluntati eiusdem nunquam repugnare possint p. 206. §. 8. exque adeo voluntatis divinae decreta moderentur, ingrediuntur principium essendi Iuris Naturæ, a quo principium cognoscendi differt. Denique a voluntate Dei primo esse ut sint obiecta, circa quæ iustitia Dei locum habeat, ceu p. 341. §. 10. fine tradit, facile conceditur. *Gen. XIIIX. 25.* Satis iam constare arbitror ex iustitia diuina de humana recte indicari, excepto discrimine, quod est inter Deum & hominem, quodque applicationem iustitiae a Deo aliquando removet, vel diuersam in eo facit. Et omnino implicaret ac purgaret,

gnaret, ea quæ creaturæ rationali necessario
adeoq; per se iusta sunt, iusta non esse intuitu Dei,
cum id quod necessario ac per se iustum est,
non possit fieri iniustum, neque id quod neces-
sario ac per se iniustum est, iustum vlo modo
esse posfit. Atque id haec tenus ostendisse suffi-
cit. De cetero satius est cum Apostolo exclamare : quam incomprehensibilia sunt iudicia
Dei? *Rom. XI. 33.* quam in Iurisprudentiæ libros
omnia transferre & intellectu perlapsum admo-
dum obscurato velut exhauire velle.

VI.

i. Lex a Superiore est, qui ius aliis imperan-
di habet, vt sine quo lex non est, ceu antea di-
ctum est. Quibus autem imperatur, hi obse-
quium præstare debent vi subiectionis, atque
id ipsum obligatio vocatur. Sensus eius se ex-
serit in animis hominum. Itaque Obligatio est
nihil aliud quam ipsa conscientia debiti officii
vel obsequii, seu ipse sensus animi internus, quo
quis intelligit Ius sis Imperantis de iure obse-
quendum esse, ac, nisi faciat, pœnam haud
iniuria inferri. Itaque cum obligatio consistat
in conscientia & sensu animi interno, vinculi ac
necessitatis mentionem in definitione eius mi-
nus accommodate fieri, cuiuslibet, cum hæc
ad corpus pertineant, illa animo comprehen-
datur, *Grotius de I. B. ac P. l. III. c. 7. §. 6. n. 13.* In
Fundamentis I. N. ac G. l. I. c. 4. §. 60. 61. obliga-
tio dicitur oriri a metu periculi naturalis, seu
pœnarum naturalium, quæ habent naturalem
connexionem cum actibus virtutis, de quibus
vt

ut nec minus de præmiis naturalibus, *Pufendorfus I. N. ac G.* iam egit *I. I. c. 6. §. 14. I. II. c. 3. §. 21. I. IIX, c. 3. §. 1.* fine, iunctis *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proœm. §. 10.* diciturque obligatio hæc ibidem intera. Adiungitur altera, quæ externa vocatur, & oriri dicitur ex metu & spe lucri & periculi inoerti ab arbitrio humano dependentis. Addatur *Cap. Proœm. §. II.* Verum cum poenæ non sint pars legum, sed saltim firmamentum earundem, quæ tantum ad executionem juris pertinent, ceu iam obseruauit *Grotius de I. R. ac P. Prolegom. n. 19.* manifestum est, obligationem ex poenis nullam oriri, vt quæ in sensu obsequii de iure debiti consistit, qualis non est metus poenæ, aut vis poenæ nomine illata, quæ etiam eorum saltim intuitu locum habent, qui obligacioni suæ sponte satisfacere nolunt. Ad lucrum etiam vel spem nemo obligatur, sed potest utrumque omitti ac præmium recusari ac non recipi, obligatione tamen obsequendi haud neglecta.

2. Cum omnis obligatio conscientia ac sensu interno constet, adeoque omnis interna sit, si hoc vocabulum addendum esset, hoc etiam patet, minus vere eam diuidi in internam & externam, adeoque aliis hoc nomine defectum vel errorem non sine iniuria tribui, *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proœm. §. II.* Confundituro obligatio, quæ ex lege est, & ius cogendi, coactio ac poenæ, vel etiam præmia, quæ non ad obligationem legum pertinent, sed ad efficaciam seu obseruantiam earum firmandum adiiciuntur.

C 4

Sunt

Sunt pœna externa terriculamenta, adeoque non obligationem patiunt, sed terrorem addunt obligationi, quæ ex solo iusu ac lege, terriculamentis istis etiam non accendentibus, oritur. Non magis in ciuitatibus a pœnis obligatio est, quam in statu naturali a bello. Vtrobique enim homines per vim minitatem vel illatam non obligantur, sed coguntur ad ea, quæ facere obligati erant, cui obligationi sponte & ex conscientia sensuque debiti satisfacere nolunt. Obligatio est ex iure imperii *Rom. XIII, 1.* non ex iure gladii *I. c. vers. 4.*

3. Si obligatio definita fuisset per metum reverentialem, qui oritur ex consideratione ista, quod Legis Auctor est Superior, legitimas causas imperandi habet & ias legum ferendarum, quæ permoueat ad obsequium præstandum, tametsi nullis pœnis locus esse posse, vt in Parente ægro & infirmo accidit, tum vero id a vero alienum non fuisset, atque admittendum fuisset. Cum autem obligatio à pœnis repetita sit, non bene id se habere ex dictis Scripturæ modo citatis patet. Neque etiam cohæret cum alia doctrina, de qua postea videbitur, quando in *Fundamentis I. N. ac G. I. l. c. 5. §. 41. 42.* contenditur, DEum ratione Iuris Naturalis, vt Patrem, concipi, & huic conceptum ineutere metum filiale. Atenim uero metus ex pœnis est seruilis. Itaque ex pœnam comminatione & inflictione terror & coactio existit, obligatio autem ex lege prouenit.

4. Tan-

4. Tantum porro abest, ut obligatio externa sola fere pro obligatione agnita fuerit, cum traditur *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proem. §. II.* ut potius Grotio ac Pufendorfio, quando de obligatione sermo est, id semper externum vocetur, quod conscientiam non tangit, vel in foro eius non sufficit, quodque adeo contra obligationem est, atque id, quod de iure fieri debbat. *Grotius de I. B. ac P. Prolegom. n. 41.* effectum iuris externum saltim parere scribit id, quod vere & ex omni parte ius non est. Addatur *I. III. c. IV. §. 2. n. 2. V. §. 6. n. 1. 3. X. §. 1. n. 3.* & §. 3. 5. *XVI. §. 1.* *Pufendorfus in I. N. ac G. I. VII. c. IX. §. 10.* ita scribit: non video, quare non aliqua quoque obligatio externa, quæ conscientiam non tangit, admitti queat. Agit de incolis Imperii, de quibus infra dicetur, adeo quem ipsam hic omitto. Hoc saltim obseruo, eum non agnoscere obligationem externam, sed eam habere pro tali, quæ improprie ac minus vere ita dicatur, vocat enim obligationem aliquam, quæque adeo utcunque talis sit ac dici possit. Et expresse dicit eam non tangere conscientiam. Itaque obligatio externa fingitur tantum, utpote quæ conscientiam non tangit. Iungit eam quoque iuri ac dominio externo i. e. tali iuri, quod vere & ex omni parte ius non est, sed quod saltim effectum iuris habet in foro soli. Itaque consensu tantorum Virorum obligatio externa non datur.

5. Similiter iustitia eo sensu dividitur in internam & externam, quarum illa ad ea pertinet

tinet, quæ sine peccato fiunt; in foro conscientiæ ac poli sufficiunt, adeoque cum obligatione incumbente conueniunt; hæc autem adea, quæ siue in statu naturali inter gentes, siue in statu ciuili, effectum iuris externum habent, bello ac pœnis non repelluntur, tametsi cum obligatione incumbente non conveniunt, legibus diuinis repugnant, nec sine culpa ac reatu fiunt. Manifestum eius rei exemplum est in retorsione iniuriarum, siquidem conuitia conuitiis repensanda non sunt *i. Petr. III. 9.* Magistratui autem renunciare, si quis conuitia iactauerit, quo ille ceteris ac Reipublicæ consulat, aut petere, vt, quæ obiecerit probet, aut, nisi faciat, æternum sibi silentium imponi patiatur, quo ne suspectus sit vel damnum incurrat, cui conuitiator crimen falso obiecit, hoc cum iustitia interna seu obligatione incumbente non pugnat, si modo animo vindicta vacuo fiat, quod omnino fieri potest.

6. Qui igitur obligationem externam vocat, is eo ipso iam ostendit, obligationem nullam adesse. Accedit, quod obligatio omnis ex lege est, pœnæ autem partem legis non constituunt. Neque pœnarum comminatio est pars legis, sed accessorium saltim, quod additur ad terrendum eos, qui obligationem ex lege profluentem non perpendunt vel contemnunt. Terriculamenta autem non constituunt obligationem. Pœnæ per vires exercentur, ex quibus ius imperandi & obligandi nullum oritur, sed saltim defensio iuris istius, quod ex aliis causis originem cepit, ac

ac legum, quarum obligatio spreta est. Simplicius etiam & commodius, nec minus usitatus Pufendorfius poenis naturalibus explicitis, vocabulum poenæ simpliciter adhibuit, quam hic poenæ naturales internæ vocantur, ceteræ externæ, & his vocabulis ubique distinguuntur, quæ res nihil prodest, sed potius confundit vel saltēm doctrinam hanc sine ratione difficiliorem reddit. Nolo alios commemorare, qui quidem distinctionem istam in obligationem internam & externam sequi voluerunt & adhibuerunt, simul tamen obligationem externam explicarunt de iure cogendi, atque etiam deinde distinctionem in obligationem perfectam & imperfectam, quæ verior est, ut deinde dicetur, retinuerunt.

7. Ostendam nunc ex ipsius Fundamentis I. N. ac G. obligationem externam nullam esse. Enim uero si ex metu poenarum ab arbitrio humano dependentium obligatio eademque externa oriretur, tum vero etiam a metu poenarum naturalium obligatio non interna sed exterha oriretur, nam & haec poenæ sunt arbitrariæ, ut pote quæ pariter ex voluntate Dei, ut liberrimi creatoris, dependent seu uti *Fundamentis I. N. ac G. I.* I. c. IV. §. 61. legitur, ex ordinatione potentiarum primæ. Deinde Deus in republica iudaica poenas constituit, a quibus pariter obligatio non interna sed externa fuisset, quia & istæ arbitrariæ fuerunt, denique sunt poenæ, quas Deus ubique exercendas prescripsit, uti legibus de potestate maritali ac poena homicidii capitali. Quia vero haec pariter arbitrariæ sunt, hinc inde etiam obligatio-

gatio non interna sed externa esset, Quibus omnibus Iuri Dei & auctoritati legum diuinorum omnino detraheretur.

8. Sed & a Poenis nulla est obligatio. Conceditur etiam in *Fundamentis I. N. ac G. l. III. c. VII.* §. 10. reum ad poenam non obligari. Præterea in *institutionibus I. D. l. III. c. VII.* §. 64. 66, obligatio Principis ad puniendum dicitur imperfecta, Magistratus autem perfecta, ita ut Minister publicus Principi teneatur ad factum præstandum seu poenas infligendas. In *Fundamentis I. N. ac G. l. III. c. VII.* §. 10. voces obligationis perfectæ & imperfectæ expungendæ dicuntur. Ante vero l. II. c. VI. §. 4. docetur, quæ de obligatione imperfecta dicta fuerint, talia esse, ad quæ quis cogi non potest. Subiicitur mox, loco obligationis imperfectæ semper substituendam esse obligationem internam. Itaque Principis obligatio ad puniendum erit interna, Magistratus vero externa, ad quam adimplendam a Principe compelli potest. Ex his autem omnibus manifestum est, obligationem externam nihil aliud esse quam coactionem, adeoque obligationem tales non dari, sed obligationem & coactionem confundi. Itaque, ut hoc simul moneam, legis vnica virtus est obligatio, etiam intuitu legum penalium, ut quarum virtus est obligare Magistratum ad poenam inferendam, *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proæm. §. 10.* Ius obligandi ex iure Imperii consequitur & ex potestate legum ferendarum. Ius cogendi ac puniendi ad Ius vitæ ac necis pertinet. Obligatio ex lege existit: Coactio ac poenæ per vim inferun-

seruntur. Obligationem sentiant, qui obsequium iussis sponte præstant, quia hoc de iure faciendum esse intelligunt. Coactio ac pœnæ ab iis sentiantur, qui obligationem suam omisserunt. Cumque obligatio ad puniendum perfecta ad Magistratum spectet, manifestum est legibus penalibus Ministros publicos obligari. Itaque Parentes aliqui iis non obligantur. A pœnis ipsis autem coactio est, non obligatio.
Fundamenta I. N. ac G. l. III. c. IV. §. 3.

9. Obligationem externam non dari, neque a metu penarum obligationem oriri, appareat etiam ex *Fundamentis I. N. ac G. l. II. c. 4. §. II.* ubi negatur, nouam religionem per vim introducendam esse. Quodsi vero Princeps veram religionem imperio suo rationibus verbi diuinis firmato, introducere velit, subditi, ex quo intellexerunt, imperium istud Verbo Dei conuenire, omnino obligantur ad obsequium *Col. III. 20. Gen. XXIX. 19. Ios. I. 17. 18.* et si pœnis & coactioni locus non sit. Itaque obligatio etiam ex legibus humanis interna est, si eo vocabulo omnino vtendum esset, adeoque obligatio omnis est vnaica, nempe in conscientia & animi sensu interno residens, neque a pœnis est obligatio sed tantum coactio, atque ubi iusicio, etiam humana tantum sit, adest, obligatio oritur, tametsi pœnæ non adiiciantur, ut patet, si de religione agatur, & subditi obsequi nolint, si multitudo deliquerit, si consuetudo inueterata per leges tolli nequeat, ubi obligatio adest ex iussis

iussis Principum, at pœnis aut coactioni locus esse non debet vel non potest,

10. Minus bene sese habet distinctio obligationis in internam & externam, cum ita distinguantur ratione originis, constitutionis & essentiaz, quasi detur obligatio aliqua, quæ conscientia non nitatur, sed ex metu pœnæ aut spelucratoriatur, quibus leges, quæ per se obligant, saltem firmantur. Enim uero obligatio fluit ex Iure Imperii, ad quod ipse Deus prouocat, in que eo legem & obligationem ad obsequium fundat, dicens: ego sum Dominus Deus tuus *Exod. XX. 2.* Pœnis autem homines non obligantur, sed terrentur & coguntur. Rectius sese habet distinctio in obligationem perfectam & imperfectam. Dantur enim obligationes, ad quas homines bello aut pœnis non adiunguntur, atque tales dicuntur imperfectæ propter executionem & exactionem deficientem. Aliæ sunt obligationes, ad quas explendas ac præstandas homines bello in statu naturali ac pœnis in statu ciuili adiunguntur, atque tales perfectæ dicuntur, quia executioni & exactioni locus est. Itaque veritas omnino in hac distinctione inest, si quidem obligatio perfecta dicitur ratione efficacia in actu secundo sese exserentis, imperfecta vero ratione efficacia in actu secundo deficientis. Non negatur, vbique obligationem adesse, sed hoc saltim declaratur & insinuatur, non in omni obligatione bellum aut pœnas locum habere. Sufficit, quod *Fundamentis I. N. 46 G. l. II. c. VI. §. 4.** loco obligationis imperfectæ semper

semper substituenda dicitur obligatio interna; adeoque res ipsa adprobatur & eadem manet, vocabula autem saltim mutata sunt, id quod fieri non debuisse, haec tenus, opinor, demonstratum est. Quod autem distinctiones iustitiae attinet; ex sunt difficiles, dissensionibus obnoxiae, nullius usus, adeoque non necessariae, ceu multi iam ostenderunt. Si quis tamen distinctionem in obligationem perfectam & imperfectam ad aliquam iustitiae divisionem applicare velit *Fundamenta I. N. ac G. l. I. c. V. §. 23.** optime obligatio imperfecta censemur pertinere ad iustitiam universalis, obligatio vero perfecta ad iustitiam particularem.

II. Siquid omnino in vocabulis mutandum fuisset, quod tamen opus non est, commodius & verius retineri & adhiberi potuisset alia distinctione non ignota in obligationem naturalem ex preceptis Iuris Naturae, & ciuilem ex legibus ciuilibus, quae obligationem naturalem confirmant, & actiones ad exigendum ea, quae debentur, concedunt. Eadem significatione divisione in obligationem diuinam & humanam adhiberi potuisset. Atque tunc etiam verum esset, obligationem humanam seu ciuilem esse gradu aliquo inferiorem obligatione naturali ac diuina; hanc autem nobiliorem esse, *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proem. §. 11. ac l. I. c. V. §. 24.* Saltim intuitu societatis ciuilis distinctioni tali locus esse potuisset. In statu autem naturali aliis alio superior non est adeoque aliis alium obligare non potest. Itaque ut bellum punitiuum non datur, sic

sic etiam obligatio externa, si talis daretur, in statuta naturali locum tamen non haberet. Intuitus igitur status naturalis ob hanc etiam causam obligatio externa pro obligatione perfecta, quæ verius & usitatis ita vocatur, substitui nequit.

12. Hoc denique etiam monendum est, distinctione in obligationem internam & externam severa tolli omnem obligationem humanam, civilem, seu quæ ex legibus ciuitibus oritur, cum a penitus non obligatio oriatur, sed saltim terror & coactio. Verum etiam ex legibus humanis obligatio interna oritur, si ea vox omnino adiicienda esset, quod tamen opus non est, ad minimum fieri non debet eo fine, ut ei obligatio aliqua externa opponatur. Etiam legibus humanis propter conscientiam, in qua omnis obligatio fundatur, obsequendum est. Rom. XIII. 1. Quamuis vero concessum sit, obligationem, quia Deo tenemur, maiorem esse ea, qua hominibus obstringuntur, non tamen propter ex legibus humanis obligatio nulla est, sed omnino vera obligatio adest, etsi gradu minor sit obligatione, quæ est ex lege diuina. Etenim non uxores solum, liberi, ac servi, matris, Parentibus Herisque obedire iubentur in Domino ac tanquam Domino & vt servi Christi Eph. V. 22. VI. 1. 5. 6. Col. III. 18. 22. 23. sed etiam subditi summis Potestatibus subiecti esse iubentur Rom. XIII. 1. imo non his solum, sed etiam missis ab illis, atque hoc etiam propter Dominum I. Peter. II. 13. 14. Sigillatim iudices non hominibus sed Deo iudicia exercere dicuntur. 2. Cbron.

Cron. XIX. 6. ac Pilato potestas superne data dicitur **Ios.** XIV. 11. Ex quibus omnibus apparet, obligationem omnem etiam humanam seu **ciuilem esse internam**, seu fundari in conscientia Iuris in Imperante, ac sensu debiti idcirco obsequii. Ut autem propterea interna dicatur, opus non est, cum iam voce ipsa obligationis simpliciter posita comprehendatur & intelligatur, **nam internam esse**, neque obligatio externa detur, quæ ei opponi possit, ut propterea interna dicatur.

VII.

I. Manifestius etiam fiet, ex legibus humanis pariter obligationem, quæ vocatur interna, existere, quam ex legibus diuinis, si cogitemus, Maiestatem seu Potestatem summam immedia-
te a Deo esse. Cum autem Maiestatis origo im-
mediate diuina etiam in *Institutionibus I. D. I. III. c. VII. §. 66.* impugnetur, ad ea quæ obiciantur,
prius respondendum est. Est autem distinguendum inter societatem & potestatem in illam. So-
cetas omnis ex consensu est, ut inter Herum ac
seruum: at potestas in Herum a seruo nulla con-
fertur, sed ea oritura natura ipsius societatis, quæ
fine imperio & coercitione confistere ac finem
stium, acquisitionem & conseruationem boniorum
obtinere nequit. Societas coniugalis ex
consensu est: at potestas maritalis est a Deo Gen.
III. 16. Societas paterna ex consensu presumto
est, quod Parentes, nec minus liberi si usum ra-
tionis haberent, in eam consentire debent ob
necessariam educationem, venit enim in consen-
su

D

su præsumto obligatio immediate ex lege, qua idcirco etiam obligatio ex re vocatur *Fundamen-*
tus I. N. ac G. I. II. c. VII. §. 10. Potestas autem pa-
 terna est ex lege naturali, quæ iubet liberos edu-
 care, qui Deo, sibi & aliis inferire atque utiles
 esse possint, id quod sine imperio paterno fieri
 nequit, fine enim præscripto datum est ius ad
 media, sine quibus finis præstari non potest.

2. Similiter societas ciuiles ex consensu ori-
 ginem trahunt, constitutæ enim sunt ob metum
 iniuriarum ab aliis imminentium. Quamvis
 vero non omnes ideo constitutæ sint, de pleris-
 que tamen hoc verum est, vnde etiam ista sen-
 tentia communis fere est omnium, qui quasi a
 potiori, & eo, quod plerumque factum est, rem
 diiudicarunt, non idcirco negantes, alias ali-
 quando causas fuisse, aut cum illa concurrere
 potuisse. Sed nec prima ista causa fuisse vide-
 tur seu primarum ciuitatum, ob ea, quæ de Cai-
 no, Nimrodo & Esauo Scriptura Sacra comme-
 morauit *Gen. IV. 17. VI. 4. X. 9. XXV. 27. Deut.*
II. 22. Et quidem fuerunt constitutæ, Deo per-
 mittente, non vero præcipiente, quod vel exem-
 plo Patriarcharum constat, qui extra ciuitates
 vixerunt, nisi incolumitas aliter obtineri non
 posset. Præterea ad Logomachias pertinet, quan-
 do Deus hoc institutum hominum probasse aliis
 dicitur, aliis autem antecedenter præcepisse, vt
 ciuiles societas instituerentur, qua de re iam
 monuimus. Vtrumque sane perinde est, atque
 eodem redit, *Institutiones I. D. I. III. c. 6. §. 71. 73.*
 quæ enim in Deo sunt, simul sunt *ibidem* I. I. c. II.

§. 7.

S. 7. Quando voluntas Dei vel antecedere vel consequi dicitur, pertinet id omne ad nostrum saltum concipiendi modum, quo diuina humanae componimus, quod tamen licet sit, cum hac ratione intellectus humani imbecillitati succurratur, necesse sit. Enim uero, si rem ipsam spectemus, Voluntas Dei est, qua ipse ab omnitemitate a se ipso uno constantique actu vult omne bonum.

3. Tametsi vero societas civilis ex consensu ac pactis existit, potestas tamen summa in Rectorem eius immediate a Deo confertur, nec ciuitates amplius quid faciunt, quam quod hominem vel coetum designant, sicut ecclesia Ministerium eligit, qui tamen partes Ministerii a DEO habet, neque enim ex penes ecclesiam sunt, sed penes Apostolos, eorumque Successores, quibus Seruator eas expresse tribuit *Matt. XXIX. 19. XVI. 19. XIII. 18.* Et quemadmodum Deus dono Propheticō a se instructos, suos adpellat, sic non minus Reges vocat sanctos suos, vnde certo concluditur, Reges non minus potestatem supereminenter a Deo habere, quam Prophetæ donum propheticum,, illosque non hominum sanctos esse sed Dei, et si ab hominibus elegantur & vngantur. Sunt Reges Dii & Vicarii Dei, non hominum *Ps. LXXXII. 6.* iidemque Ministri Dei vocantur *Rom. XIII. 4.* itaque per hanc sententiam Dei ius in homines non negatur, sed potius agnoscitur, quippe quod vicaria Principum opera aliquam partem exercetur. **Quod autem aliis eadem**

D 2 propterea

propterea Imperanti quæ Deo potestas competere videtur, id quoque huic sententia non obstat, longissime enim potestas Dei potestate in Principum-vicariam antecedit.

4. Obiicitur quidem *I. c. §. 75.* imperia referri ad ordinationes humanas *I. Pet. II. 13.* Verum iubet ibi Spiritus Sanctus per Petrum Apostolum, subiecti simus πάντοις διδόμενοι κατεστημένοις; omni humanæ creaturæ. Quos vero intelligat Apostolus, ipse mox declarat subiiciens hanc: siue Regi, ut supereminenti, siue Ducibus, ut ab illo misisis. Addit etiam rationem, quare subiecti simus, nempe propter Dominum. Itaque apparet, ordinationis humanæ nullam ibi fieri mentionem, ac potius inde confirmari sententiam illorum, qui Maiestatem immediate a Deo esse ostendunt. Neque probari potest, quod habetur *I. c. §. 80.* Paulum Apostolum *Rom. XIII. 1. s.* non solum de potestatis summis, sed etiam de subordinatis seu Magistratis loqui. Quod si id concedendum esset, non tamen ideo inde sequeretur, Deum esse causam immediatam potestatis in quocunque Magistratus etiam infimo. Enimvero Magistratus a summa potestate potestatem, quamcunque habent, accipiunt. Quia vero Princeps omnem potestatem a Deo habet, hinc etiam Magistratus a Deo, non immediate quidem, ac mediate tamen virtualiter & in effectu ab ipso Deo eam habent. Sane Pilato potestas superne data fuit, ut modo ex *Io. XIX. 11.* notauimus, & Rectoribus a Rege missis pariter propter Dominum obediendum est,

est, uti pariter modo notatum est ex I Pet. II. 13. unde manifestum sit, potestatem eorum a Domino virtualiter esse, cum ab eo Rex, qui ipsos cum potestate misit, omne imperium accepit.

5. Quod propositiones §. 81. 82. attinet, dabo aliud exemplum ex Scriptura Sacra, utpote ex qua hic disputatur. Apostolus, scientes, inquit, quod homo non iustificator nisi per fidem Iesu Christi Gal. II. 16. Quemadmodum igitur non solum veritas sunt propositiones: non est iustificatio, nisi per fidem: non datur iustificatio, quae non sit per fidem, seu: omnis iustificatio sit per fidem, sed etiam haec: Iustificatio est non nisi per fidem: ubi est iustificatio, tantum per fidem est: sic etiam non sola veritas sunt propositiones: non est potestas nisi a Deo: non datur potestas, quae non sit a Deo, seu: omnis potestas est a Deo, sed etiam haec: Potestas est non nisi a Deo: Potestas est tantum seu immediate a Deo: ubi est Potestas, tantum a Deo est. Quod exemplum §. 83. attinet, eo quoque haec veritas confirmatur. Enim uero Adamus & Eva immediate a Deo sunt, certi homines mediate. Ita Summa potestas immediate a Deo est, potestates subordinatae mediate.

6. Quod per hanc sententiam Maiestas immediate a Deo infundi dicitur l.c. §. 85. id quidem aeo pertinet, ut persuadeat illis, qui verum nondum cognoverunt, aut saltim eos absterreat a vero cognoscendo. Cui autem verum perspectum est, apud eum phrasis ista nihil valere

poteſt. Poteſt omnino DEus Reges, vt Salomonem, ſapientia ac donis ad munus tam arduum ornare & inſtruere, ac quaſi ea infundere, ſicut etiam dono Prophetico David Rex ornatus fuit *Exod. III. 4. 12. XXXI. 2. 3. Deut. XXXIV. 9. 3. Sam. VI. 9. I. Reg. III. 12. Matb. X. 1. 19. 20.* qualis donorum collatio immediate diuina eſt, tametſi quis diceret, ea per hanc ſententiam a DEO inſundi. Poteſtas ſumma a Deo non quidem inſunditur, non minus tamen a Deo conſertur quam dona memorata, nam & Prophetas ſuos vocat & Reges vniuersos ſuos. Iura Ministerii non inſunduntur, quod pariter hic diei poſſet, ſi illic verum eſſet, ſed tamen a Deo immediate conſeruntur. Princeps Magiftribus, quorum poteſtas ſuperne eſt *Ioh. XLIX. 11.* poteſtatem quamcunque non inſundit, ſed conſert. Fruſtra agitur aliqui contendunt, eos, qui Maieſtatis originem immediate diuinam ſtatuum, concipere illam tanquam ens Phyſicum. Contra quos idei etiam regeri poteſt, quando docent ex conuentione Maieſtatem produci, multoque magis, quando afferunt, DEum iuſſiſſe quidem tabernaculum fieri, ideo tamen, qui operi manum admouerunt, non proximam & immediatam cauſam eiusdem vocari poſſe. Facilius etiam res ſciri & concipi poteſt, ſi ſtatuitur, Deum, qui imperium in vniuerſum mundum iure Creationis habet, vicariam eius partem aliquam Principibus committere, hosque Vicarios eius fieri, & haec tenus non promeritis hominibus, ſed pro Diis habendos eſſe; quam

quam si statuitur, ex plurium voluntatum conspiratione potestatem resultare atque in Principem conferri.

7. Quod autem Maiestas immediate a DEo est, eamque etiam Regicida habet, aut populus, qui Regem depositum (scilicet ex quo tali populo cœtum vniuersorum designare placuit, neque enim cum Maiestas a Deo sit, ad populum reuertitur, sed is saltim hominem vel cœtum pauciorum vel vniuersorum designat, qui Maiestatem a Deo accipit) inde sane non consequitur, Regicidum ac depositionem Regis iniustam non esse, atque a Deo probari *l. c. §. 85. 86.* Minime enim DEus facinora talia probat, sed saltim non impedit seu permittit. Neque obstat, quod Sacerdos delinquens deponi potest *l. c. §. 86. l. i. p.* is enim subditus est, at Princeps Superiorem inter homines non habet. Manifesta hæc ratio est discriminis, vnde frustra vrgeretur, Sacerdotem etiam iura Ministerii immediate a DEo accipere. Itaque Monarchomachi ex hac sententia de origine Maiestatis immediate diuina spicula nulla retorquere aut præfidii quidquam sibi conciliare possunt *l. c. §. 84.* Similiter tamen DEus non adprobat sed tolerat saltim, si quis Ecclesie Minister iniuria ab officio remouetur. Quamuis vero DEus iniustam eius depositionem non adprobet, si tamen aliis ei spreta conscientia succedit, is partes Ministerii a Deo habet, & Auditores de efficacia Ministerii eius certi esse possunt. Non minus Regicida aut inuasor, ex quo sub-

diti, quos Imperans ab inuasore folio deturbatus defendere amplius nequit, quiue per se sine pernicie Reipublice vim opponere non posse erunt, sedit ipsi dederunt; imperium a DEO accipit, & subditi obsequium ei debent.

8. In *Fundamentis I. Nac G. l. III. c. IV. §. 9.* Quæstio: an DEus sit causa Maiestatis immediata, mere theoretica, dicitur nullum usum habens. Minus bene hoc obiicitur, quia veritas hæc manifesta est. Impugnatur hoc ipso voluntas Dei, isapugnatur sapientia Dei, qui nihil frustra facit, adeo ut ne natura quidem a Deo disposita frustra quidquam faciat. Neque etiam vere hoc obiicitur, omnino enim hæc veritas facit ad maiorem sanctitatem summis potestibus conciliandam, nolite enim unctos meos tangere, quæ verba sunt DEI ipsius in sacris litteris. Eadem valet aduersus Monarchomachos, *Institutiones I. D. l. III. c. VI. §. 68.* Denique multum etiam confert ad dignitatem & honorem Principum, quorum veneratione subditi in officio maxime continentur.

9. Theologi Protestantes hanc sententiam non alia de causa defendunt, quam quia vera est, probant enim eam ex *Rom. XIII. l. a. 4.* ubi maxime etiam sententia hæc inde confirmatur, quod summe potestates ac Principes in iure gladii exercendo seu Jure vita ac necis, quæ pars est Maiestatis, Dei Ministri vocantur. Itaque admitti non potest, partem istam summi imperii, omnesque ceteras ex conuentione plurimum prouenire, item resultare eas ex conces-

concessione subditorum, ut impetrans vires & opes eorum ad pacem conservandam disponat, itemque imperium promanare ac producere ex non-resistentia subiectorum ac promisso, quod non solum non defendere velint, sed &c., si opus fit, vires suas accommodare contra eum, quem Rector ciuitatis supplicio est affecturus. Non-resistentia ista & virium suarum applicatio potius ex iure imperii fluit & illud consequitur. Frustraigitur l.c. obiicitur, Theologos clerum Pontificium hic imitari, qui nolit quemquam contra sententias eorum etiam absurdissimas hiscere. Ac facile est, talia obiicere, cum potius sententias contraria probari debeat, quod fieri nequit. Neque alteri parti eiusmodi imputations unquam defunt, quæ retorqueri possint.

10. Dissidentes non quidem eos intimidantur, qui ab exemplis ius probare aliquando contendunt ac laborant, ubi iussam nullum adest, at alio tamen modo exemplis abutuntur, dum Pontificis veritatum & iurium originem ascribunt, si quæ illi ex ratione vel Scriptura Sacra agnouerunt, inviolata reliquerunt ac defendenterunt, id quod etiam maiori specie faciunt, si quibus illi abusi fuerunt, aut si errorem admiscuerunt sine quo veritas ipsa vel lex defendi potest ac debet. In *Fundamentis I. N. ac G. L. III. s. VI. §. 6. t.* doctrina, quod Deus sit causa immediata Maiestatis, primo dicitur originem debere Clero Pontificio, quam sententiam alii hodieque sequuntur, quasi sententiam suam contrariam ita satis probauerint. Postea vero

docetur plane contrarium, nempe inuito clero laicis potissimum sententiam istam debere originem. Potius igitur est, ut veritates & iura ex Jure Naturæ ac reuelato cognoscantur, quam ut ea ex exemplis, factis, veroque eorum quacumque de causa vel usu vel abuso & coniecturis inconstantibus impugnantur.

II. Respondebo nunc ad cetera, quæ obiecit *Vir Illustris Boembieras* in *I. P. V. P. Spec. l. I. c. II. §. 24.* ubi *lit. g.* refertur, Principes imperii tempore Ludouici Bauari declarasse, quod imperialis dignitas & potestas sit immediate a solo DEO. Addi possunt, quæ leguntur *Institutionibus I. D. I. III. c. VI. §. 69. 70.* & in *Fundamentis I. N. et G. lib. III. c. VI. §. 9. t.* Hanc autem sententiam de origine Majestatis immediate diuina ad salutem reipublicæ maxime conferre, antedemonstratum est. Et pro hac sententia pugnantium argumenta memorantur *l. c. ex Rom. XIII. 1. Iob. XLIX. II. Sapient. VI. 4. 5. Ps. LXXXII. 6. 1 Sam. IX. 16. 2. Sam. XII. 7. 8. Prou. LX. 15. Dan. V. 14.*

III. Pro sententia contraria deinde *§. 25. lit. b.* adfertur, eos, qui Deum, immediatam causam summæ potestatis adstruunt, tollere omnia pacta, quibus societas ciuilis continetur, eosdemque leges omnes fundamentales plane prosternere, quo ipso non posse non immensam & nullis limitibus circumscriptam potestatem adscribi Imperantibus. Eadem autem hæc est obiectio, qua alios, qui dissentientium opiniones impugnant, yti, traditur *P. Spec. l. II. c. II. §. 16. lit. s.* scilicet

cilicet non raro eos dilabi ad hanc rationem, clamantes doctrinam hanc esse ineptam, seditiosam, & reipublicz maxime contrariam. Subiicitur, supra exemplum fuisse in hypothesi, quod Maiestas non sit immediate a Deo. Idem igitur ab utraque parte parti alteri imputatur. Similiter in capitibus fidei orthodoxus pertinaciter dissentientem vocat hæreticum, nec tamen minus hæreticus orthodoxum vocat hæreticum. Manifestum id est his temporibus in Controversia, de notitia hominis impii, vbi utraque pars Pelagianismum alteri parti tribuit. Itaque semper disquirendum est, quis veram sententiam soueat, num cui parti, tale recte imputetur, sola enim obiectione nihil conficitur, quia utraque pars etiam una eademque obiectione vtitur. Est autem hoc omnino concedendum, non omnes, qui negant Maiestatem immediate a Deo esse, sanctitati Imperii detraictum cupere, ac populum Regem Superiorem constituere, qui hunc depondere poscit. Vicissim autem hoc quoque certissimum est, doctrinam de origine Maiestatis immediate diuina Rebus publicis maxime utili-
lē esse, ceu ante probatum est, quod etiam l. a.
g. 28. intelligi potest, tantum abest, vt eis perse nocere poscit. Quicquid enim pactorum ini-
tut, id omne pertinet vel ad societatem ciuilē
ineundam, vel ad designandum hominem auct-
orē, quem penes, quacunque reipublicz forma sit, summa potestas ex collatione diuina refidere debeat. Manent igitur leges funda-
mentales per hanc sententiam inviolatae.

13. Si

13. Similiter §. 25. lit. b. obiicitur, ex sententia de origine Majestatis immediate diuina datum reddi posse, an Deus homini impinguo, quod per fraudes & facinora, pesimam sibi viam ad imperium struit. Majestatem conferre voluerit, quod ipso ansam populus capere posset, rebelliones vendi, & obedientiam imperanti denegandi, quae non esset eidem collata immediate a Deo summi potestas. Ad id ipsum antea iam responsum est. Hic addi potest, quod §. 28. nexus inter Imperantes & parentes firmior & indis solubilior reddi dicitur, ut societas tum a subditis tum ab imperante sanctius colenda sit, propterea, quod, ut et ibi hypothesis, ordinatio diuina, seu approbatio §. 26. simul concurrit. Neque nexus isti obstat, quod de vitiis rerum publicarum primordiis, scilicet ex vi originem cruentium dicti sunt, ut additur §. 29. vitium enim adfuisse in modo constituendorum imperiorum, non verum in re ipsa, quod satis salutaris est. Sic Sacerdotia, ut ibidem Lit. L. habetur, esse ordinationem diuinam, sed saepe in modo peccari, dum per artes illicitas quis Sacerdotium occupat. Idem dicendum esse de matrimonio, quod itidem institutio diuina recte dicitur, sed quamplurimos illud ambire ex impariis affectibus. Eodem iure & eundem in modum ego nunc dico, vitium in modo constituendi aut occupandi ciuitatem non obstat imperio in talem ciuitatem. Enim non vitiosus modus, quo quis Caput Reipublicæ constituitur, potest plane iniquus esse & non ab honestate tantum sed omni iustitia alienus, qui modus

sodus non potest non Deo displicere; at potest tamen omnis origine sua diuina manet, neque nisi a Deo immediate confertur. Atque eodem edeunt, quae habet *Zieglerus de Iur. Mai. l. I. c. I. s. 48.* Quod autem s. 27. *Lit. R.* Theologia qui dissentire dictuntur, huiusvero per paucis sunt, nec valet humana auctoritas contra Scripturam Sacram.

14. Addit *Zieglerus l. c.* fine s. 49. multos munere diuino; multos etiam Dei permisso regnare. Hodie hoc ita efferri solet, Maiestatem semper immediate esse a Deo ratione productio-
nis seu originis, at non semper ratione colla-
tionis. Parendum tamen esse etiam in uasori-
bus qui intrusis modis artibusque usi fuere; ex
quo eis fides data est, & ante iam demonstratum
est, & exemplo Romanorum Imperatorum in-
telligi potest, qui non semper optima via in so-
lium adscenderant, quibus tamen subditos pare-
re iusserunt Apostoli:

15. Haec tenus dicta ad vindicandam senten-
tiā de origine Maiestatis immediate diuina
pertinent. Quod si iam, ut dicta applicem,
Princeps potestatem summam a Deo ipso imme-
diatē habet, non minus obligatio subditorum
per leges humanas ex iure imperii principalis
fluit, quam obligatio omnium hominum per
leges diuinas ex iure imperii diuini, adeo-
que vna est obligatio, etsi illa gradu inferior sit
altera hac. Apoenis autem nec diuinis nec hu-
manis obligatio est, sed terror ex comminatio-
ne eārum, idque saltim apud immorigeros &
obligationem suam spernentes, & coactio ex in-
flictione eārum. Terror autem & coactio non
sunt

funt obligatio. Itaque non solum obligatio extera non datur, sed etiam obligationis interna vocabulo opus non est, cum simpliciter sufficiat obligationem dixisse, quod & utilitatum est.

IX.

i. Diximus hactenus de Lege eique respondentे obligatione. Obligatio autem in legibus permisitis deficit, siquidem permettere non est iubere & obligare. De istis igitur nunc disquirendum est. Accedit quod hæc doctrina nondum distincta ac perspicue est exposita. Denique usus eius etiam est in legibus diuinis positius vniuersalibus, ceu mox exemplis ostendetur, quo & exemplis res facilius intelligi possit. Recte autem permissionem hoc modo distingui arbitror, si alia dicatur negatiua, alia positiva, & hæc vel plena vel minus plena. Permissio negatiua est vel eorum, quæ sunt extra Ius naturæ, vel eorum, quæ sunt contra Ius naturæ. Extra Ius naturæ sunt, quæ eo iure nec præcipiuntur, nec vetantur, ut est venatio, constitutio eorum, quæ ad cuiusque cœtus ac societatis, ut Mercatorum, necessitatem & utilitatem pertinent, aliaque. In his talibus adest permissio negatiua, quamdiu Deus ac Princeps nihil eorum mutauerunt, nec in alterutram partem quidquam determinarunt. Permissio tamen hæc negatiua non est actio legis, sed actionis negotiatio Grotius de I. B. ac P. l. I. c. I. §. 9. n. 1. Enimvero modo dictum est, pertinere eam ad talia, quæ sunt extra legem naturæ, adeoque sunt liber-

libertatis naturalis, & fundantur in libertate naturali, non vero in permissione legis naturalis, siquidem nulla legis actio aut dispositio adest. Obligatio autem, ne quis alium in usu eorum, quæ sunt libertatis naturalis, impedit, ex voluntate diuina est & ex lege naturæ, alioquin enim talia arbitrio ac libertati hominum frustra relata fuissent, nisi eis, ubi luberet, vel expediret, per alium utiliceret.

2. **Permissio negatiua** deinde est quoque eorum, quæ sunt contra Ius Naturæ, siue etiam contra alia iura diuina. *Hanc Grotius l.c. §. 17.*
 n. 2. vocat permissionem, quæ nudi est facti & impedimenti remotionem significat. Impedimentum intelligitur ibi physicum, per impedimenti remotionem autem absentia vel negatio impedimenti. Namque remotio impedimenti propriæ actum posituum infert, estque legalis, siquidem de legibus permisiuis sermo est, unde ea adest in permissione negatiua, & quidem eorum, quæ sunt extra Ius Naturæ, ceu iam dictum est, & in permissione positiva, eademq[ue] perfecta seu plena: at in permissione positiva, quæ minus plena est, non semper ineft, de quibus mox dicetur. Istis autem Grotii verbis & in hac permissione negatiua, quæ est eorum, quæ sunt contra Iura diuina, sola absentia impedimenti inrelligitur, & quidem impedimenti physici. *Hæc permissio cernitur in omnibus peccatis, quæ homines committunt, nisi enim Deus exempli gratia permitteret, ut fur manus mouere posset, imo nisi simul Deus in matriale*

stiale seu physicum actionis influeret & concurseret, non posset sive rem alienam contrectare & auferre, manusque furtivas retrahere. I. Reg. XIII. 4. Vtraque merita tolerantia est, cui nulla legis permittentis actio accesit, quamquam tolerantia magis intuitu illicitorum dicatur, adeoque id nomen potissimum ad permissionem negatiuam eorum, quæ sunt contra ius Naturæ quadrat.

3. Permission positiua ita vocatur, quia consistit actione legis, id quod secus est in permissione negatiua, quæ non est actio legis, sed actionis negatio. Hinc illa Gloria I. c. lege fieri dicitur. Permission positiua eademque plena est, quæ ius dat ad aliquid omnino licite agendum, ita ut conscientia inde non lacerdatur. Apparet hinc permissionem hanc intuitu Dei ad ea tantum pertinere, quæ iure Naturæ non sunt prohibita. Hoc enim ius ne ab ipso quidem Deo mutari potest. Intuitu Principium autem permissionis hæc ad ea tantum pertingit, quæ nullo iure diuino, sed saltim humano iure sunt prohibita. Itaque intuitu Dei concessio multarum vxorum in sinum Dauidis omnino videtur esse permissionis perfectæ ac plenæ 2. Sam. XII. 8. est enim Polygynia non contra ius Naturæ, vt infra docebitur, sed contra ius diuinum posituum vniuersale, de quo Deus remittere & aliquos eximeré potuit, imo idem etiam, si voluisse, tollere.

4. Est autem certum exemplum in permissione positiua facultatis constituendi rerum domini-

nia,

nia, quæ etiam vi libertatis naturalis competebat, videoque ad ea pertinebat, quæ sunt extra ius naturæ ac permissionis negatiæ, de qua modo dictum est. Neque vero permisio & concessio ista, quæ est Gen. 4. 28. 29. vim præcepti habet, sed indulgentia duntaxat Privilegii, quo quis vti, quousquelibet, potest, nec ad omnimum eius exercitium tenetur, dicente Pufendorfio de L. N. ac G. I. IV. 1. XI. §. 2. &c capite in sequenti §.

¶ Poterint igitur primi mortales, quibus ad usus necessarios indigerunt, adprehendere vi libertatis naturalis, nec alii aliis talia eripere iure potuerunt, cum ius naturæ quemuis obliget, ut in iis alium ne impedit, quæ ius naturæ non prohibuit. Nec minus permissione positiva, eademque plena, quam modo memoraui, homines obligati fuerunt, ne impedimentum ei, qui libertate etiam expresse concessa vti vellet, adferrent. Vbi vero ultra usus necessarios aliquid acquirere animus fuit hominibus, non aliter quam conventione ac pactis id perfici potuit. De quibus rebus ita nihil conuentum fuit, exinde tacita conventione occupantibus cesserunt, vt ipsis essent propriæ, unde idem hodie in rebus vacuis obtinet. Itaque Deus non introduxit dominia, sed saltim facultatem ea introducendi hominibus concescit. Neque vero dominium aliquod potentiale ex ista concessione magis extrui potest, quam permissionem contrahendi matrimonium, quæ pariter est Gen. 4. 28. matrimonium potentiale quis recte appellare posset. Facultas ista ex permissione com-

E

petens

petens a neutro casu dominium aut matrimonii doc-
men sortiri potest. Matrimonium inter licet,
qui vero illud nunquam init, ei manifestum est,
nullaratione matrimonium aliquid tribui posse.
Neque etiam ob concessam facultatem dominia
introducendi communio, qualicunque nomine
veniat, statui potest, cum & communio quasi
tacite inauerat ille. quasi tommune omnium,
Fundamentis I. N. ac S. I. II. & X. §. 8. f sunt obser-
vandum etiam est, plerosque hic de vocabulis
magis disfideret quam de re ipsa. Deinde Con-
trouerfiam hanc ex sacris literis moueri, adeo
que, qui velit, in Iuris Naturalis Disciplina, vt
quæ ex rationis lumine tanquam principio su-
proprio deducenda est, ea abstinere posse. De-
nique nihil refert, quam quis sententiam se-
quatur.

5. Quod ad Principem spectat, exemplaria per-
missionis positiva plena est, si in iis, quæ liberta-
tis naturalis sunt, quæq; ipse iam lege sua in alte-
ram partem determinauit, aliquid iuris subditis,
deinde concedit, vt si venatione ipfis interdixit,
deinde vero ipfis vel aliquibus aliquid de iure
venandi concedit. Quicquid iuris subditi hac
ratione habent, id est ex permissione positiva
plena, estque omne id libertatis concessæ, non
vero libertatis relictæ, huius enim tum saltim
sunt, quando Princeps nihil mutauit eorum,
quæ lex naturæ nec præcepit nec prohibuit, vtsi
venatione subditis nunquam interdixerit, id
quod ad permissionem negatiuam pertinet, ceu
antea dictum est. Quodsi tamen ea quoque,
quæ

ut libertatis naturalis sunt, quæque Princeps condam mutauit, ab eo confirmantur, pariter permisso positiva plena adest. Obligatio in iiusmodi legibus duplex adest, una, ne quis permissa viurum impedit; altera, ne is, cui uid permissum est, ultra modum concessum restatu. Permissio autem non comprehenditur ab actu vetandi, sed potius, si alterum altero comprehendenderetur, actus vetandi comprehendetur sub permissione, de legibus enim personis suis sermo est. Verum neutrum altero comprehenditur, sed utrumque & permisso & Etas vetandi est distinctum, *Fundamentis I. N. 45. 4. 1. c. V. §. 6.*

6. Permissio positiva minus plena est, quæ volum impunitatem apud homines dat, a peccato autem non liberat. Vnde permisso hæc in penitu Dei ad ea saltu pertinet, quæ iure Naturæ erant prohibita, intuitu Principis autem, non seculum ad ea, quæ iuri naturali, sed etiam quæ iuri divino voluntario universaliter ac præceptis religionis revelatae repugnant. Permittuntur autem talia, vt grauiora mala evitentur, quæ alioqui existura erant; & in genere, quando potius est, omittere prævalida & adulta vitia, quam hoc adsequi, vt palam fiat, quibus flagitiis Princeps imparsit. Ratio igitur huius permissionis vero verbo est pernicies reipublicæ alioqui fecutur. Sic Deus obduritatem cordis Iudeorum permisit data libellum repudii *Matt. XIX. 8.* Quandoquidem enim matrimonii indissolubilitas ex iure Naturæ infra demonstrabitur, apparet, permissionem

sionem de dando libello repudii *Dens. XXI.* permissionem esse minus plenam, cum ea, quae Iure Naturæ prohibentur, nec Deus mutat præcipere aut plene permettere posse.

7. Intuitu Principum multa exempla permissionis positivæ minus plena ex Iure Romano occurunt. Aliqui huc referunt, quod in prætio emtionis venditionis naturaliter licet contrahentibus se circumuenire. Verum iuste omnino lucrum in venditione percipitur a mercatoribus, propter curam, usum pecunia, tempus operam, quæ impenduntur, ac pericula, quæ ipsi cum mercibus subeantur, & denique ad alienos suos. Itaque permisio hæc plena est, quæ etiam a culpa liberat. Vocabulum saltim circumueniendi incommodum est, & ad rem minus adpositum, res enim ipsa nihil iniqui habet. Si autem ultra ea, quæ dixi, quid spectatum fuit permisio ista minus plena tantum est, quæ a culpa non liberat. Clariora & certiora exempla præbent leges, quæ permittunt occidere uxorem vel filiam & adulterum in ipso facinore deprehensorum, furari, effundere vinum venditum pollicitationem factam, si vendor vasibus ad usus necessarios, indigere cœperit, & quæ sunt alia. Vindicta enim priuata furta, & abusus creaturarum non possunt quacunque permissione licita fieri.

8. In permissione positiva minus plena, obligatio, ne aliis impedimentum ponat, non semper adest, quod patet exemplo permissionis de uxore in adulterio deprehensa licita.

cite occidenda, nemo enim prohibetur cōdem, talem impedire. Adeſt autem obligatio, ne quis in re iure diuino prohibita ultra modum concessum verſetur, verbi gratia ne maritus vxorem adulteram occidat, niſi in facinore deprehensam, ne quis vinum effundat, niſi ante denunciauerit emtori, vasibus ſe ad uſus necessarios indigere, ne quis furetur, niſi admodum concessum in legibus, cuius furandi licentia exempla in Aegyptis, Lacedæmoniis aliisque populis memoria prodiſt sunt. Tolerantia hereticorum pacto vel lege confirmata pariter continet permissionem politiuam minus plenam, vnde etiam hic obligantur, quibus falſa religionis exercitium concessum eſt, ne ueterius progredi audient, ſeducendo alios, ſimiliaque alia committendo. Itaque patet ex ha- Etenuſ dictis legem permisſiuam, non eſſe legem nec obligare, id quod ſatis manifestum eſt in permissione negatiua utriusque generis, qui- pe ubi actio legis nulla adeſt. In permissione autem poſitiua plena eſt iuris concesſio, quod quis libere uti & non uti potest, ius enim quisq[ue] ſuum remittere, eique renunciare potest. Quia autem permissionis poſitiua minus plenaria ſunt, eane adprobantur quidem, multo minus præcipiantur, permittuntur autem, quia ſine malo aliqui infecuturo impediri nequeunt. Quamuis autem lex permisſua, quatenus permittit, lex non eſt, eſt tamen lex & obligat, quatenus præcipit, ne quisquam impedimentum inferat ei, qui re permitta uti vult, item ne is, cui

quid permisum est, ultra modum concessum, eo
vtatur. Et re hac ita explicita, nihil est; quod
ad Logomachias referri posuit, *Fundamenta I. N.
Ac G. I. I. c. V. §. 7.* Atque huc etiam opinor, omnia
referri ac reduci possunt, nec minus ex his diu-
dicari, quæ de hac materia habet *Zieglerus de I. M.
I. I. o. V. §. 64-72.*

IX.

I. Legem neglectam consequitur in Imperan-
te Ius puniendi. De pœnis igitur nunc agetur.
Simul non parum confirmabuntur, quæ ante
contra diuisionem in obligationem internam &
externam dicta sunt. Datur etiam occasio refel-
lendi, quæ *Ioannes Christianus Seitzius* in Scripto
germanico: *Christi Ecclesia, regnum non mundanum*
vbi custodiam primæ tabulae summis potestati-
bus abrogandam censuit, de lege pœnisque attu-
dit. Pronunciat autem p. 147. legem præsuppo-
nere agentem, ut quis facere posse ac debeat
quæ lex iubet. Quia igitur lex agentem præsup-
ponit, pœnarum constitutio non est pars legis,
pœnas enim delinquentes patiuntur. Nec etiam
potest quis ad pœnas obligari, vtpote omnibus
eos auersantibus, & iniustis perferentibus. Nec
debet quis ad pœnas obligari, sicut etiam lex
semper obligat ad obsequium, quo pœnae cui-
rentur. Contendit porro, eum, qui a pœna
liber esse debeat, a lege quoque liberum esse de-
bete, quod tamen secus esse apparet in iussis de
religione vera amplectenda, vbi coactioni locus
non est, ac tamen Parentes nec minus Principes
liberis ac subditis præcipere debent, ut verbum

Dei

Dei sequantur Col. III. 20. Gen. XIIII. 19. Ios. I. 16.
158. Similiter ubi multitudo deliquerit, aut con-
 fluentudo inueterata abrogari non potest; lex
 omnino adfuit, ut pœnis locus non est.

2. Tradit deinde p. 157. pœnas esse partem le-
 gis seu adiunctum ipsius inseparabile, pro statu
 generis humani in his terris, quia homines, quæ
 lege præcipiuntur, sponte non faciunt. Ita ve-
 ro ipse fatetur, propter eos saltim pœnas addi,
 qui legi atque obligationi suæ sponte satisfacere
 nolunt. Et p. 158. ex comminatione pœnarum
 obseruationem legum demum obtineri de-
 cet. Itaque si pœnæ saltim ad obserua-
 tionem legum obtinendam pertinent, manifestum
 est, eas legum ipsarum partem non
 esse, quod illi statuant, qui duas legum
 partes esse, & obligationem ad pœnas dari
 contendunt. Sunt leges per se perfectæ sine
 pœnis, quod plane conceditur, quia hæc ad illa-
 rum obseruationem saltim obtinendam facere
 dicuntur. Obiicit autem in primis elementis
 jurisprudentiæ doceri: legem constare duabus
 partibus, definitiua seu indicatiua, & vindicati-
 ua seu punitiua. At hinc res minime confici-
 tur. In rebus ad rationem & fidem spectantibus
 leges requirunt rationibus instructæ, quæ
 persuadeant verum esse. Quod si istæ verum
 non præcipiant, obligatio etiam ad obsequium
 deficit. Neque vero ibi lex adest, sed saltim sim-
 pliçiter hot ira commemoratur. Legem autem
 duabus partibus non constare, vel sola defini-
 tio eius ostendit, ut quæ docet ad actiones nos
 E 4 ob-

obligari, quibus omittenda comprehenduntur, pœnarum autem ac per perspicacis pœnarum nullam mentionem facit, vnde etiam ad pœnas nemo obligatur. Pœnas autem iustas esse, vbi leges iusta fuerint, ceu p. 160. traditur, nemo quidem negabit.

3. Quod pœnas leuare licet, quantum fieri potest, aut plane declinare, exinde omnino consequitur, pœnam & comminationem eius non esse partem legum. Enimvero lex obligat ab obsequendum, pœnas autem leuare licet ac declinare, ceu p. 160. expresse conceditur. Itaque obligatio ad pœnas non adest. *dem n. 5.* tradit pœnas esse medium cogendi & vel iniurias extorquendi obsequium. At enim vero aliud est obligare, aliud cogere. Lex obligat, non cogit. Pœnas igitur non sunt pars legis. Deinde si pœnis iniuti adiunguntur ad obsequium, obligatio ex illis nulla existere potest, utpote cui sponte satisfaciendum est. Vbi vero obligatio non adest, quæ forma legis est, ibi quoque nihil legis adest. Quodsi pœnas pars legum essent omnino etiam præmia pars legum essent. Sane utraque in Decalogo eadem ratione legi subiiciuntur *Exod. XX. 5. 6.* Obiicitur quidem p. 162. n. 6. præmia abesse posse a lege. Verum etiam pœnas abesse possunt, sunt enim, uti subiicitur, saltim medium, scopum legum in minus obsequentibus obtinendi, adeoque non in iis, qui sponte legi satisfaciunt, propterea que intuitu horum pœnas a lege abesse possent. *Mox n. 7.* concedit omnes leges siue diui-

diuinas siue humanas perfecte obligare, vim enim obligandi non a pena deorum in legem venire, sed esse ex dependentia inferioris a Superiori & a voluntate Superioris. Itaque nihil fuit, quod contra me disputaret. Statim vero repetit, legem non esse efficacem, ut homines ad obsequium adigere possit, eamque ob causam legem sine poenis vocat imperfectam, ut quae caret effectu. Verum cum id vitio hominum fiat, male inde concludit, penas legum partem esse, potius enim inde consequitur, eas saltim ad firmamentum legum referendas esse. Quod porro subiti obsequentiores totam legem seruant, nec tamen penas patiuntur, inde omnino probatur, penas non esse partem legis. Namque lex obligat, adeoque obligationi ius sine poenis perpetuis nemo satisfacere poterat, si haec pars legum essent. At iniuria eas patiuntur, qui legi sponte obsequuntur, non sunt igitur pars legum.

4. Postea p. 163. §. 9. impugnat sententiam, constitutionem penarum esse legem pecuniarem eandemque penalem, qua obligatur Magistratus ad instigendum illas delinquentibus. At Pufendorfus, et si ceteroquin doctrinam de duabus legis partibus retinuerit, argute etiam dictum ab Hobbesio iudicavit in *I. Narrat. L. KHL* c. III. §. 4. quod ille docuit, secundam partem legis, quae penaria appellatur, (redditis dississet: constitutionem penarum seu legem penalem) esse mandatoriam & loqui tantum ad Ministros publicos. Itaque si penarum consti-

constitutio mandatoria est, & ad Ministros publicos tantum lequitur, Hobbesio ac Pufendorfie sententibus, non duæ legum partes sunt, sed una constitutio peniarum legi subiicitur, sed duæ leges sunt, quanum altera solos Magistratus obligat. Addit. p. 164. constitutionem peniarum non esse legem peculiarem sed sanctam functionem, adeoque partem legis cuiusdam præceptiux antecedantis. Vix vero multa ex iurisprudentia minus bene illustravit, sic etiam ex lingua latina minus vere hanc doctrinam illustravit, quasi sanctio significet præcise constitutionem peniarum, cum potius in genere significet legem ferre, qualisunque ea sit, siue de rebus aliis præcipiat siue de poenis infligendis. Itaque ut vocabulo functionis lex poenalis intellegatur, sanctio penalis dicenda est, si enim ea vox additur res clara est. Deinde vero si tamquamquidam præceptita antecedit, appareat functionem penalem non esse partem eius, sed sanctum accessorium, atque ut, cum mox traditur, lex omelius obseruetur, adeoque pena firmamentum sicut legis antecedentis. Præceptorem autem legi penali locum non esse, ubi ante constitutum non fuerit, quid & a quo fieri debet, certissimum est, ut enim non datur transgressio, ubi lex non est, sic nec pena locum habet, unde est transgressio legis. Præceptorem autem de genere sacerede peniendi subiectis ob pignusiam & signaculum, vere dictum non est. Nemo se ipsum obligare potest. Obligat autem eum aq[ue] ad parentum auctoritas, qui legem naturam ad edendum

candum liberos obligantur, cuius curæ partem eis commiserunt. In iudice autem neque ius neque obligatio penas infligendi ex transgressione legis est. Ius istud iudex a Superiori habet, qui ipsi has partes vice eius exercendas concessit, non vero ex transgressione legis consupitur istud. Exerceri saltim hoc ius aliter nequit, nisi quis legem transgressus fuerit, vbi deponum occasio adest, ius istud in actum transferendi, et si ut talis existat, nec legislator penas comminando & constituendo, nec iudex ius esse infligendi habens optat, quod facile conceditur. Obligatio autem penas infligendi in iudice est a Superiori, quia munus commisit, ut legum transgressores puniat. Atque ante iam perceperimus, leges poenales esse pariter mandatorias & ad Magistratus loqui, unde manifestum est, magistratus a Principe obligari, ut penas infligendas current.

6. Legislator quidem lege sua posnali ad penas immorigeris infligendas non obligatur, nam enim se ipso Superior, adeoque etiam se ipsemet obligare nequit, obligatur tamen ad hoc lege naturæ, q̄ta ipsum iuber securitati & tranquillitati Reipublicæ consulere, qui si quis si sine penis obtineri potest, penam rite remittit. Fieri autem hoc potest, non quidem si semper iure aggratiandi utrivellet, bene tamen si aliquando id faciat & extraordinarie. Obligationis suæ tunc satisfacit, quia Reipublicæ tranquillitas tunc non minus obtinetur, & recompensatio per beneficium istud principale & remunerat.

ciat autem iuri, quod habet, puniendi delinquentem, quæ iuris sui renunciatio nemini interdicta est. Obligatum vero etiam Princeps lege Dei positiva universalis Gen. IX. 5, 6. legibus autem Dei nullus hominem renunciare potest, adeoque Principi ius aggratiandi in crimen homicidi non competit. Iudex similiter lege Principis poenali obligatur, quisque enim legibus Superioris obsequi debet, leges autem poenales ad Magistratus loquuntur. Cumque obligationi iuris nunquam quis renunciare posfit, neque iudices hoc facere possint, neque vero iuris suo tantum renunciarent, sed iuri principali, alterius autem iuria renunciatio non subsistit, quia de suo iure remittere licet, non de alieno. Est vero hoc alienum ius, utpote quod Magistratus a Principe habent, eiusque vice exercent, non vero ex contrauentione id habent, quadeam antea dictum est.

7. Non magis vere dictum est, contrauentionem legis imponere reo obligationem poenas patiendi: Nemo sane seipsum obligare potest, neque vero lex poenalis ad poenas obligat, ut quæ non solam ad Magistratus tantum loquitur, sed etiam agentem presupponit, non patientem, ceu p. 147. traditum esse, iam sub initium obseruauimus. Similiter nec præmia in obseruationem legum constituta obseruatorum legis ad accipiendum præmia obligant, cum hæc quoque præmiorum constitutione solos Magistratus obliget, ut præmia merentibus conferant. Possunt tamen præmia ab eo, qui legem seruavit, exigi, ex iure, quod ex constitutione istorum oritur. Ad id tamen obligatus

ius nemo est, cum suo iuri quisque renunciare possit. Et contrario delinquens, et si pariter ad penas non obligatur, non tamen ius exigendi penas habet, neque enim transgressione ius fibi acquirere potest, neque constitutio penarum ius in eum confert, sed comminatur saltim ad terret. Saltim sine iniuria penas delinquentibus infliguntur, quia obligationi sunt satisfacere nobiscuerunt. Vocabulum autem executionis penarum ideo adhibitum fuit, ut docerem, penas nullo modo ad legem pertinere, nec constitutionem nec comminationem nec executionem easdem partem legis constituere. Per me quoque licet pro executione penarum vocem constitutionis penarum substituere.

8. Quod antea dictum est, lege penali Magistratum obligari hoc etiam ex sacris literis confirmari potest. Obligaturenum Princeps lege Dei positiua vniuersali, ut homicidam ultima supplicio adficiat *Gen. IX. 5. 6.* Lex h[oc]c penalis est, praescripta a Deo, ut Superiore, Principi, et inferiori & ut Vicario Dei, huiusque iudicia exercenti, vel alijs, quibus Deus penam exequendam ius in Theocratica contulit. Similiter leges forenses, etiam penales, obligarunt Mosen, ut potest qui Regis officio functus est *Dest. XXXIII. 5.* Utroque exemplo, quod iam memorauimus, apparet simul, leges penales esse leges peculiares, quippe leges iste nihil præcipiunt, sed ei, quod ius lege naturæ ac legibus forenibus præcipitur, penas addunt, & ad Magistratus loquuntur intuitu Dei tales. Videmus igitur leges penales ab

ab aliis legibus aut p[ro]p[ri]a re ipsa separatas. Quod si vero leges poenales cum aliis coniunguntur, nihilominus distincte ac diversæ leges sunt, et si non sunt separatae, quod etiam ante[dictum] iam demonstratum est. Itaque lex etiam est, quæ sanctio[n]e poenali constituta est. Plerumq[ue] tamen comminatio poenam solet adiici, quamvis non semper specialis adiici soleat; sed saltim generalis, quod etiam in Decalogo factum est *Exod. XX. 5.* Sed & comminatio poenarum specialis plerumque adiici solet. Dux vero tunc leges adfunt, quanum altera est penalia ac Magistratus se los obligat. *ibidem* s. 9. Itaque non omnes leges clades poenales sunt, *Fundamentis I. N. ac G. l. III. c. IV. s. 3.* neque ex legibus poenilibus obligatio saltim externa in Magistratis oritur, ut supra intellectum est. Deriuatur obligatio externa a spe lucri & a metu poenarum humana[rum]. Vertum ad lucrum seu præmia nemo obligatur. A Poenis non est obligatio sed terror accoactio, quæ ab obligations differunt. Poenæ per vires ac potentiam se se exserunt, at potentia, et si cum iure imperandi coniuncta est, non producit obligationem, sed saltim valet ad imperium tuerendum, quod iure competit. Quod si vires desint, imperium tamen legitimum ideo non definit, sed remanet in subiectis nihilominus obligatio, quod exemplo Parensis sagri atque infirmi intelligi potest. Oritur igitur obligatio ex iure imperii ac potestate leges ferendi. Obligatio se se in conscientia exserit, at poenæ sunt externæ. Ex domino terror enim inferunt, ei qui non petp[re]dere velit, se obsequium iure debere, vel obligationem.

gationem suam, vbi intelligit, temere contemnat. Iraque obligatio externa non datur; quod etiam inde patet, quia legibus penalibus solus Magistratus obligatur. Neque vero Magistratus ex legibus penalibus obligatio saltim exterha est, sed, ut omnis obligatio una est, nempe in animo & conscientia consistens, ita etiam Magistratus legibus penalibus obligantur, easque servare per conscientiam debent *Rom. XIII. 1.* cum non hominibus sed Deo iudicia exerceant, etiam qui de criminibus statuunt *2. Chron. XIX. 6. 10.* Sed hac de re supra iam satis dictum est. Hoc saltim addo, criminis reum, tametsi ad poenam non obligatur, sed cogitur, tum a Deo, tum ab hominibus, obligari tamen primo ad damnum illatum resarcendum, hoc enim Ius Naturæ exigit, ac sine confessione criminis fieri potest, donationes, legata, beneficia lucraque indebita caute conciliando ei, cui damnum illatum est, deinde ne reipublicæ tranquillitatem turbet, multitudinem concitando, si alia ratione poenam declinare & effugere nequeat, cum iniuria ei non fiat, qui ob transgressionem legis punitur, ac reipublicæ tranquillitas ne iniuriaz quidem publicæ declinandæ causa turbari debeat; denique ne poenaz evitandæ ergo crimen in innocentem transferat, quod frustra moliti fuere Senes duo, de quibus in Historia Susanna legitur.

X.

i. Ut obligatione neglecta poenis locus esse possit, necesse est, voluntati suam libertatem constare. De illa facultate animaz, quaz intellectus

leibus nonne accepit, supra demonstratum est, principia tum theoretica tum practica hominibus per modum habitus connati, ut non possit quisquam obratescere, si bona educatio vel consuetudo vel contemplatio naturæ humanae accedit, neque ignorantiam invincibilem delictis obtendere. Diversi quidem sunt appetitus hominum, atq; idem homo diversis temporibus unum idemque nunc pro bono nunc pro malo habet, attamen generalia iuris naturalis præcepta apud omnes homines sunt eadem, atque id ipsum exinde est, quia omnibus hominibus connascuntur. Quod ad alteram eiusdem animæ facultatem seu voluntatem spectat, libertas homini competit circa actiones exteriores, quas Ius Naturæ regit, quæque ad forum soli spectant, ut ipse Auctor earum haberi queat, qui voluntario eas suscepit. Nisi enim hoc in voluntate ac potestate hominis positum esset, leges ciuiles frustra ferrentur, pœnis etiam locus non esset.

2. Quodsi igitur meliora quis intelligat & videat, deteriora autem sequatur, vitio id sit humanæ voluntatis, neque enim intellectus voluntati imperare potest, eandemque cogere, sed dirigit voluntatem, ita ut hæc resistere posse, quemadmodum è contrario nec voluntas intellectui imperare potest, ut pro falsis habeat, quæ vera esse agnoscit, vel ut pro veris habeat, quæ falsa esse perspicit, sed saltim efficere potest, ut vera & agenda negligantur & insuper habeantur, per prauam consuetudinem

nem ac facinora velut deleantur seu in obliuio-
nem tradantur, & cognitio vltior eorum, quæ
connata non sunt, impediatur.

3. Affectus quidem hominem disponunt, vt
voluntas in malum propendeat, & alius in am-
bitionem, alius in voluptatem, alius in auari-
tiam feratur, vel etiam vnum idemque homo di-
versas istas cupiditates eodem tempore simul
sentiat, *Fundamentis I. N. ac G. l. II. c. VII. §. 69.*
non tamen hominis temperamentum eum coge-
re potest, sed habet is vires resistendi affectibus,
eosque compescendi, ne in actiones externas,
quæ in foro humano puniri solent, erumpant,
siue id faciat amore iusti, vt obligationi suæ fa-
tisfaciat, siue spe lucri aut metu pœnarum. Etiam
quæ extrinseca sunt, hominem mouere possunt,
vt verbi gratia, arma militem disponere possunt,
vt voluntas eius propendere incipiat ad iniurias
inferendas, at cogitamen hominem iis non pos-
se, manifestissimum est. Perinde sepe res ha-
bet de inclinationibus intrinsecis hominum, qui-
bus ipsi disponuntur, vt afficiantur cupiditate
mali, vt inclinent in illud, minime autem iis
dem necessitas aliqua vel coactio affertur. Atq[ue]
idem etiam dicendum est, tametsi quis affecti-
bus indulgendo vitiaque perpetrando inclina-
tiones suas ad malum adauxit, tunc enim nihilo-
minus imperium in affectus adhuc exerceri po-
test, quamquam maiore tunc labore opus est,
cum magna sit consuetudinis vis, & homo tali
eo magis in vita propendeat, quo s[ecundu]s ea re-
petuit,

F

petuit, adeoque maiori studio consuetudo superanda sit.

4. Qui consuetudini peccandi indulxit, mitius propterea puniendus non est, cum potius e contrario eo grauius puniri mereatur, quo saepius deliquit. Quamuis vero in foro humano id aliquando ita fiat, ut consuetudo peccandi pro excusatione delinquentis aliquatenus admittatur, pœnaque mitior idcirco statuatur; id tamen non necessario fit, sed propterea quod fora humana, quantum possunt, mitiorem sententiam in pœnibus sequuntur. Quod si necessario fieri deberet, non tamen semper fieri posset, ut libertas consuetudine tali deminuta ac grauata minori pœna adficeretur, aut aucta libertas vitiis resistendi maiori præmio ornaretur, sunt enim hæc talia, quæ non semper constant, neque etiam ubi constant, a Legislatore humano attendi possunt *Fundamentis I. N. ac G. l. II. c. VII. §. 58.*

5. Doctrina hæc nititur ipsius Scripturæ sacræ auctoritate & consensu, siquidem gentiles natura quæ legis sunt faciunt, qui vero non faciunt reprehenduntur, adeoque manifestum est, eos legem transgressos fuisse sua culpa, iidem etiam propterea pœnas compelleri & a Deo puniri dicuntur *Rom. II. 14. l. 18-32.* & hinc non solum Icti sed etiam Theologi eam pro vera agnoscent, ut videri potest apud *Pufendorfum in Apol. p. 31. §. 21. 22.* Ipsi etiam, qui & hic aliquid noui tradere voluerunt, antea tamen expresse concesserunt, externas actiones libere ab homine edi, cum nisi hoc in eius potestate positum esset,

etiam

etiam nec poenit locus esset, frustra quoque leges ciuiles ferrentur, aut consultatio vla deliberatione institueretur, *Fundamentis L. N. ac G. l. I. c. I. §. 132.* * vbi etiam p. 67. contradic̄ obseruanda est, vt pote per quam ipsi dissentientes verum confitentur. Addi possunt, quz leguntur in *Institutionibus L. D. l. I. c. II. g. 42.*

PARS ALTERA EAQVE SPECIALIS.

DE

LEGIBVS DIVINIS.

I.

Diximus haētenus de lege in genere, antequam autem de legibus diuinis positivis vniuersalibus exponatur, leges quoque diuinæ in genere considerandæ sunt, quod ut fieri poscit, a diuisione earum initium faciemus. Est igitur lex diuina vel moralis vel positiva. Lex diuina moralis est vel naturalis vel moralis sigillatim dicta. Lex diuina positiva est vel particularis vel vniuersalis. Lex diuina positiva particularis est vel ceremonialis vel forenvis. Lex diuina positiva vniuersalis est vel perpetua vel temporaria, sicuti lex de septimo die colendo in Nouo Testamento non amplius obligat. Ita leges diuinæ diuiduntur, quod facile liquet, in iustu obiecti realis, seu rerum, de quibus ex precipiunt. Enim uero lex moralis de iis præcipit, quz humani generis conditioni ex libera

F 2

Dei

Dei voluntate ita formatæ necessario conueniunt vel repugnant: positiva autem de iis, quæ necessariam talem connexionem cum natura humana non habent, sed quæ Deus libera voluntate præscripsit, vel populo Iudaico vel uniuerso generi humano,

2. Alia est diuisio non minus vera, quæ pariter facile concipi potest, qua lex diuina dicitur vel vniuersaljs vel particularis. Lex diuina vniuersalis est vel naturalis vel moralis sigillatim dicta, vel positiva. Lex diuina positiva vniuersalis vel etiam ratione temporis est vniuersalis seu perpetua, vel non perpetua seu tempora-ria, vt iante monitum est. Lex diuina particu-laris est omnis positiva, cum vniuersales non omnes sed minimam partem sint positivæ. Est vero lex diuina positiva particularis vel ceremonialis vel forensis. Ita leges diuinæ diuiduntur, quod pariter facile liquet, ratione obiecti perso-nalis, seu hominum, circa quos versantur, seu quibus eæ præcipiunt. Enimuero lex diuina vniuersalis dicitur, quæ omnes omnino homi-nes obligat: particularis autem, quæ solis Iu-dæis præcripta fuit, partim in sacris, partim in negotiis profanis obseruanda. Vtraque diuisio adæquata est, & omnes leges diuinæ compre-hendit, mandata enim quæ Deus singulis homi-nibus dedit, vt Abrahamo aliisque Patriarchis vel Prophetis, huc quidem non pertinent.

3. Communis diuisio legum diuinarum est in moralem, ceremonialem ac forensem, quam dixi fieri ratione obiecti realis, seu rerum, de qui-bus

bus ex præscribunt. Improbatur autem *Institutionibus I. D. l. I. c. II. §. 3.* atque id ideo potissimum, uti est ita. b. quia afferit: Legem naturalem, moralem & decalogum esse synonyma. Sed enim uero verisima est sententia, leges istas ad rem ipsam ac substantiam earum non differre, neque enim aliud discriminem earum ostendi potest, quam quod est ratione promulgationis, perspicuitatis ac perfectionis. Lex naturalis promulgata est per inscriptionem in corda *Rom. II. 14. 15.* vnde eam ipsa ratio dictat, propriaque cuiusvis hominis conscientia suggerit. At legem moralis sigillatum dictam seu decalogum Deus externe maximisque solemnitatibus promulgavit. Eadem lex moralis sigillatum dicta est perspicua; lex naturalis autem per lapsum obscurata est, quippe quae saltim est ex reliquis imaginis diuinæ per lapsum amissa. Atque inde etiam tertium discriminem extitit, quod lex moralis sigillatum dicta perfectiore est lege naturali post lapsum. Ipse Paulus *Rom. VI. 7.* de se testatur: non cognoui semper concupiscentiam esse peccatum, nisi lex dixisset: non concupisces. Cum enim lex ista naturalis sit, adeoque in statu integro ex sola ratione satis perspecta, liquet verba Apostoli de statu post lapsum accipienda esse, *Institutionibus I. D. Differt. Proem. §. 47.* Itaque cum lex naturalis ac moralis sigillatum dicta omnino conueniant, non poterit ob istam rationem distinctio ista legum diuinorum, quae & vera & communis est, reuici. Eandem distinctionem veram esse, eodem loco manifestum fit, siquidem statim §. 4. lex diuina dicitur vel naturalis vel positiva,

quæ distinctio omnino conuenit cum ea, quæ ibi reiicitur. Lex enim moralis in recepta distinctione non alia est, quam ea, quæ hic naturalis vocatur, neque lex ceremonialis ac forensis in eadem distinctione alia est, quam ea, quæ hic positiva vocatur. Re ipsa igitur distinctio communis adprobatur. Quod autem *Dissertationista Praemiali* §. 20. sub legum moralium termino communiter lex diuina naturalis cum lege diuina positiva vniuersali misceri dicitur, ad id infra respondebitur, vbi de legibus diuinis positivis vniuersalibus dicendum erit.

II.

I. Primo igitur dicendum est de lege naturali. Negatur autem *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proem.* §. 9. legem diuinam in genere acceptam & legem humanam eiusdem esse generis, id quod si eo pertineret, ut doceretur, obligationem ex lege humana aliquo gradu minorem esse, quam obligationem ex lege diuina, verum effet, adeoq; admitti deberet; nunc vero cum lex naturalis dicatur species legis laxius acceptæ, ac magis pertinere ad consilia quam ad imperia, *Fundamentis I. N. ac G. t. I. c. V. §. 24.* necessarium est de ista sententia paululum dispicere. Adfertur autem rationem sibi relictam nescire, quod Deum conciperet debeat ut Regem aut Dominum, qui potestas externas arbitrarias velit inferre iis, qui contra præcepta Iuris Naturæ faciunt, quia videt, omnes peccatas, quæ sequuntur transgressores Iuris Naturalis, qui non sunt sub imperio humano, esse naturales, adeoque improprie dictas. c. §.

37. Subiicitur mox † non contradici Theologis, si ex scriptura multa de Deo se ut Regem vel Dominum manifestante doceant.

2. At omnino hæc doctrina contradicit Scripturæ Sacrae Rom. II. 14. 15. vbi Apostolus loquitur de gentilibus, qui legem non habent, nempe ex reuelatione, quemadmodum idem Apostolus Epb. II. 12. atheos eos vocat, qui Deum ex reuelatione non norunt, quem tamen ex conscientia dictamine norunt Rom. L 19. Eosdem gentiles ratione sola sibi relicta vtentes nihilominus scribit, natura, quæ legis sunt, facere. Habet igitur gentiles, qui revelationem non norunt, legem, qui autem legem natura nouit, is etiam nouit Legislatorem, cum sine legislatore non sit, qua de re supra dictum est. Deinde Ius Naturæ expresse dicitur opus legis, & quidem scriptum in cordibus etiam gentilium. Aliud autem est opus legis, aliud consilium; aliud scribere legem, aliud Doctoris partibus fungi. Porro gentiles propter peccata pœnas sese mereri a natura intelligunt, siquidem cogitationes sese inuicem vel accusant vel defendunt Rom. II. 14. qua ex re iterum manifestum est rationem sibi relictam agnoscere Deum ut Legislatorem & Iudicem. Denique si gentiles Deum non agnouissent ut legislatorem, nec peccare contra eum, nec puniri ab eo propter crimina contra legem naturæ commissa potuissent Rom. I. 18-32. vbi enim Legislator non est, ibi etiam lex non est: vbi lex non est, ibi etiam non est legis transgresio: vbi non

est legis transgressio, ibi etiam poenis locus non est. Gentiles autem contra legem naturae peccasse, proptereaque a Deo puniti dicuntur, Legislatorem igitur eos agnoscere manifestum est.

3. Neque etiam quod ad cognitionem DEi, ut Legislatoris, spectat, inter rationem ac reuelationem potuit esse differentia. Enim uero quando Deus legem naturalem, ne facinoribus hominum planie oblitteraretur repetitus promittit: Ego sum Dominus Deus tuus *Exod. XX.* 2. hoc ipsum ius non aliunde est, quam ex creatione. At Deum esse Creatorem omnium, & vi creationis imperium in homines habere, ratio sibi relicta non ignorat. Qui autem fundementum imperii diuini in homines nouit, is eo ipso nouit etiam Deum esse Imperantem ac Legislatorem. Cumque lex naturalis ac moralis sigillatim dicta conueniant, apparet, utrobius Auctorem ut Legislatorem concipiendum esse & concipi, ac ratione cognitionis Auctoris eorum, ut Legislatoris, discrimen non intercedere. Sed & ipso l. c. præcepta Iuris Naturae ac transgressores Iuris Naturae dicuntur, quo ipso conceditur etiam, Auctorem legis Naturalis ut Legislatorem concipi, imo nec aliter eum concipi posse.

4. Legislator quoque, Rex, Dominus aut imperans, non inde talis est, quod cogere quemquam possit. aut velit, ac poenas inferre, sed potius talis est ex Iure Imperii ac potestate legitima leges ferendi. Poenas inferendi ius com-

petit

petit Legislatori ob imperium legitimum a subiectis neglectum. Hinc etiam lege obligatur quilibet subiectus, etiam qui alios non turbat, sed sponte obligationi sua satisfacit, quod non solum exemplo bonorum Angelorum, & Adami Eu^rque nondum lapsorum patet, sed hodie etiam exemplo subditorum obsequentiorum intelligitur. Qui autem alios turbant, eos non tam lex coercet, quæ potius obligat, sed pœnorum comminatio & inflictio l.c. §. 40. 51. Quod si igitur de pœnis diuinis rationi sibi relictæ nihil constaret, quod tamen testimonio Apostoli iam probauimus, eadem tamen DEum agnosceret esse Imperantem vi creationis, vt modo monitum est. Neque etiam a pœnis diuinis, quas Deus gentibus immittit, obligatio oritur erga Deum tanquam Legislatorem, sed punitur obligatio neglecta ad hominum emendationem l.c. §. 38.

5. Conceditur porro expresse, ius naturæ dicere peccantes mereri pœnam, adeoque homines, qui solo naturæ lute vtuntur, Deum etiam vt iudicem agnoscunt. Qui autem Deum vt iudicem agnoscunt, ii eo ipso eum agnoscunt vt Legislatorem, legem enim violatam consequitur demum ius puniendi. Itaque non tam ex traditione, fama, & experientia, quam potius primario ex recta ratione, repetenda est notitia gentilium de pœnis Dei arbitrariis l.c. 7. Ad. XXIX. 4. Pœna etiam arbitraria non est omnis humana, nam pœnas naturales, quas inter ac delicta naturalis est consecutio, Deus pa-

riter ordinavit transgressoribus Iuris naturalis l. s. §. 39. adeoque iste, tametsi naturales sunt, proptera non desinunt esse arbitrariæ, cum utique voluntate Dei ut Creatoris tales sint. Quod autem pœna vel visibiliter infertur vel occulte venit, hoc saltim ad modum inferendi pœnas pertinet, adeoque pœnæ naturales nihilominus manent arbitrariæ. Neque vero hæ pœnæ improprie tales sunt, oriuntur enim ex potestate & voluntate Legislatoris & Iudicis ob delicta contra legem naturæ, adeoque nihil est, quare pro pœnis habendæ non sint. Et lex naturalis proprie talis est, & pœnæ naturales proprie tales sunt.

6. Sunt præterea etiam pœnæ diuinæ arbitrariæ, quæ pœnis naturalibus contradistinguuntur. In ipso Statu integratæ DEus prædixit, Adamum morte moriturum, si fructu arboris ventiz vesceretur. Deinde obsequium marito præstandum vxori iniunctum est in pœnam post lapsum Gen. III. 16 & in homicidium pœna capitis statuta est Gen. IX. 5. 6. Atque hoc etiam sepius factum est in legibus forensibus. Sed & a natura pœnas diuinæ arbitrarias perspici & intelligi, modo ex Rom. II. 15. probatum est. Quod autem inter eos, qui solo naturæ iure reguntur, sola coactio bellica obtinet, non pœnalis, atque hinc etiam bellum punitiuum Grotii iam expolum est (qua de causa etiam obligationem externam, si daretur, pro obligatione imperfecta intuitu status naturalis seu Gentium substitui non posse, antea traditum est) id saltim de homini-

minibus inter se ac pœnis humanis obtinet. Vbi tamen etiam monendum est, non apparere, quomodo coactioni bellicæ locus esse possit, si lex naturæ ad consilia magis pertinet quam ad imperia. Si enim pœnæ ex lege Imperantis tunc repeti possent, vt nunc sit in quibusdam, quæ iure saltim imperfecto debentur, inter gentes tamen superior non est, qui eos ad consilia legis naturæ perfecte obligare posset, vt deinde coactioni bellicæ locus esset. Quamquam autem inter gentes sola coactio bellica obtineat, dantur tamen pœnæ diuinæ arbitrariz, quæque ex sola ratione notæ sunt, non minus intuitu gentium, quam singulorum hominum. Vt enim quod in singulis hominibus Iuris naturalis est, idem etiam integris gentibus Iuris naturalis est vt in personis moralibus, vnde etiam Ius Gentium nihil aliud est, quam pars aliqua ipsius Iuris Naturalis, qua officia, quæ singulis hominibus lex naturæ iniungit, ad integras gentes interfese tanquam personas morales & compo-sitas adplicantur; sic etiam ratione pœnarum diuinarum non potest inter singulos homines ac Gentes integras discrimen intercedere. Neque aliud quam punituum bellum fuit, quod Israelitez mandato DEi, adeoque iure & vice Dei, tanquam Iuris & voluntatis diuinæ executores, in gentes quasdam eisdem idololatriam alias facinora gesserunt.

7. Si Philosophus ignoraret publicationem Iuris Naturæ, tum omnino consequeretur, eundem

dem ignorare etiam Ius Naturæ. Lex enim, nisi publicetur, non est, ut quæ sine publicatione innotescere nequit. Quamdiu igitur lex non publicatur, non magis legis loco haberi, eiusque effectus sortiri potest, quam aliud quid in mente retentum, utpote quod nec innotescere aliis potest, nec quidquam operari. Ita vero Ius Naturæ nullum esset, neque jurisprudentia naturalis. Neque Apostolus solum aliud docuit de gentilibus. *Rom. II. 14. 15.* sed hic etiam alibi Sapiens dicitur non ex lege esse, adeoque non ignorat publicationem legis. Deinde Ius Naturæ i.e. §. 40. vocatur dictatum rationis, ex quo solo etiam Disciplina Iuris Naturalis adornanda dicitur. Qui autem nouit dictatum rationis, quæ est habitus principiorum connatorum, is nouit etiam concretam esse a Cœatore legem, adeoque Philosophus publicationem Iuris Naturalis non ignorat. Offendunt gentiles opus legis scriptum esse in cordibus eorum. *Rom. II. 15.* Inscriptio autem ista naturalis, ex qua dictamen rationis profluxit, nihil aliud est quam legis naturalis promulgatio. Neque vero inscriptio ista in cordibus hominum naturalis minus promulgatio est quam publicatio externa ac solemnis deinceps insecura, sic non magis etiam nomen hoc illi conuenit, utpote quæ non externa est, post quam lex tabulis cordis inscribenda & imprimenda est, sed interna, per quam lex sponte intrinsece suggestur. Quemadmodum etiam sine Legislatore non est lex, nec esse potest, sic etiam

etiam sine promulgatione non est lex, nec esse potest, perinde enim ad legis existentiam est, siue Legislator non adsit, siue voluntatem non declarauerit, aut publicauerit.

8. Etsi Sapiens Deum conciperet, additur / .

§. 41. vt hominem Imperantem, tamen magis conciperet, vt Patrem. Ego vero dixerim Philosopho denominationem Dei, vt Patris ac Doctoris non ex ratione sed ex Scriptura Sacra innotescere, neque eam a sola ratione, quæ in consideratione Iuris Naturalis ac peculiari eius disciplina pro norma vnica spectanda est, offerri, adeoque hæc potius ad Theologiam transmitenda sunt, quam cognitio Dei, vt Legislatoris, ac publicationis legis naturalis nec minus Iuris diuini positui /. c. §. 32. Neque vero Scriptura Sacra quando de gentilibus soli rationi relictis, ac de lege naturali agit, vllibi Dei, vt Patris ac Doctoris, aut legis naturalis, vt consiliorum, mentionem facit. Quodsi vero is conceptus Dei ex sola ratione constaret, atque etiam intuitu legis naturalis obtineret, non tamen inde concludi posset, legem istam non ad imperia sed saltim ad consilia pertinere, eam non esse legem, nec esse a Deo, vt Legislatore. Neque enim Patris iussa magis consilia sunt quam imperia t. c.
 §. 41. Primo enim expresse Paterna iussa vocantur. Deinde conueniunt quidem iussa paterna & consilia in eo, quod vtilitas non propria sed aliorum spectatur, verum id ipsum non eo extendendum est, vt propterea iussa esse & ad imperium

perim pertinere negentur, quæ manifeste ius*ius* sunt & ad imperium pertinent. Denique conceditur *Fundamentis I. N. ac G. l. III. c. IV. §. 4. 5.* educationem, quæ lege naturæ Parentibus imponitur, sine imperio esse non posse, cumque omni imperio respondeat obligatio obsequii, liberos etiam ad obsequium teneri. Item ius puniendi liberos in statu naturali, etiam, si opus sit, capitaliter Parentibus tribuitur. Itaque si lex naturæ a Deo esset ut Patre, nihilominus imperans esset, nam & Patri imperium, ius obligandi & iussa dandi competit, idemque nihilominus etiam iudex esset, & pro eo ex solo rationis lumine cognitus, qui legem violantes iure punire & cogere posset, nam etiam Patri ius vitæ ac necis in statu naturali in suos non minus, quam ius belli intuitu aliorum, ut ex Abrahami exemplo constat *Gen. XIV. 14. 15. 16.* competit. Omne certe ius Imperantium nec minus officium eorumdem, sicut etiam ius & obligatio subdorum exemplo eorum, quæ *Gellius Noct. Attic. l. II. c. 7.* de potestate patria executus est, exponi ac demonstrari potest, dummodo obseruetur, Parentibus in omnibus obsequendum esse *Col. III. 20.* intelliguntur enim omnia licita, adeoque non obstat, quod Gellius contra Philosophos, qui idem docuerunt, ex ratione ea de re disputans obiicit, nempe illicita imperari posse.

9. Quando vero lex naturæ concipitur a Deo tanquam Imperante esse, propterea pro Despota haberi non potest, qui magis utilitatem suam quam bonum hominum querat *l. c. §. 41. 42. 43.* quod

quod etiam antea nemo afferuit. Non omnis Imperans est Despota. Deus etiam sibi ipse est sufficiens ac supreme beatus. Plurimae leges Deus populo Israelite prescripsit, non tamen ideo Imperium Theocraticum fuit Despoticum, neque Deus multitudine legum istarum suam utilitatem quæsivit, sed potius populi, qui, cum duræ ceruicis esset, ea ratione in officio atque obsequio continebatur. Neque etiam Deus ob leges diuinas positiuas vniuersales aliaque mandata singulis data pro Despota vñquam habitus est nec haberi potest.

10. Quodsi Deus more Despotico regnaret, hoc sane perfectioni bonitatis eius non repugnaret. Nec etiam imperium Despoticum contra ius naturale est, siquidem ius occidendi subditum sine causa, aliæquæ iniuriz, quæ propter Ius Naturæ subditis inferri non debent, absunt, quæ saltim vitio Despotæ humani accedunt, non ex ipso imperio Despotico per se fluunt, quod adeoque nec cum tyrannide conuenit, etsi omnium facillime in eam degenerare possit. Cuique permisum est in seruitutem sese alteri addicere: sic etiam deuictis licet imperium herile pacto constituere. Si hoc inter homines, obtinet, multo magis Deus imperium despoticum sibi tribueret posset, atque id vel solo creationis iure, cui casnæ alia maxima beneficia, quæ ad imperium acquirendum valent, non solum peculiariiter in populum Iudaicum collata Exod. XX. 2. sed etiam in vniuersum genus humanum accesserunt. Cum etiam Deus per essentiam iustus sit,

ac Dei iustitia rationi sibi soli relictæ fatis perspecta sit, planum est, ex imperio Dei despoticæ existere non posse, imo nec metui, quæ a Despota humano accidere possunt, si is iure suo abiicit velit.

II. *Sententia hæc* ipsis sacris literis congruit, Simeon enim non dubitauit aglorum Dei servare *Luc. II. 29.* atque omnino sumus servi Dei, hominesque proprii, iure creationis, item servi redempti, itemque servi manumisfi, nempe a dominio peccati, ac Seruitio Satanæ. Idem tamen Simeon iustus ac pius ibidem *vers. 29.* dicitur, adeoque metum Dei seruilem non habuit. Vnde apparet, si omnino Deus more despoticæ regnaret, conceptum tamen istum non incutere tametum seruilem, *Fundamentis I. N. 46 G. I. §. 42.* Similiter Deus in sacris literis absolute Dominus vitæ ac necis pronunciatur. Sed in iurisprudencia non opus est hac doctrina, quoniam non omnis imperans Despota est, nec Deus quoniam non indiget, adeoque utilitatem propriam quærere non potest, cum ipse potius dona omnia in homines conferat *Luc. I. 17.* adeoque Deus omnino intuitu legis naturalis ut imperans ac Legislator concipi debet, atque etiam potest, ut tamen propterea pro Despota habendus non sit.

12. Ex iis quæ hæc tenus diximus, manifestum est, non magis sententiam hanc de lege naturæ impropriæ tali & consilii magis quam imperii rationem habente admitti debere, quam admissi potuit sententia *GUILIELMI Muelenii*, qui in statu *integro*

integro nullas leges obtinuisse tradidit, quam etiam referre ac refellere necessarium visum fuit *Institutionibus I. D. l. l. c. II. §. 61. lit. q.* Quamuis autem hic ex alia ratione in eam sententiam devinit, quia homo instinctu sanctissimo, inclinatione incorrupta ac sponte, bona in statu integro fecit, de cetero tamen eadem argumenta, quae ibi membrantur locum habent in affrenda lege naturali post lapsum, ut quae ad reliquias imaginis diuinæ, qua homo integer ornatus fuit, pertinet, neque a lege naturali, quae in statu integro obtinuit, differt; nisi quod illa per lapsum obscurior esse ceperit, de quo discrimine ante dictum est. Itaque si in integritate hominum una lex naturalis obtinuit, non obstante dicto: iusto legem non esse possum, ut pote quae illi sponte eam seruanti molesta non est, nec maledictionem inficit, consequitur, etiam post lapsum legem naturæ veram legem esse, quia eadem lex utroque statu obtinetur. Porro non tam litigatum est de re quam de nomine, an nimis Deus pro imperante; an pro Patre habendus sit intuitus legis naturalis. Quodsi Adamus Deum intuitus legis naturalis ex solo rationis lumine pro Patre habuit, tamen legem naturalem veram legem fuisse etiam in statu integro *l. c. defensum est.* Quodsi etiam post lapsum Deus ut Pater intuitus legis naturalis conciperetur, tamen imperante esset ac lex naturæ vera lex esset, ut aucto demonstratum est. Denique si lex naturæ non esset vera lex, non potuerint gentiles contra

G

etologus

nam peccare, nec a Deo puniri, quod tam
etrumque Apostolus Ro. I. 18-32 docuit.

III.

1. Legem naturae veram legem esse, inde etiam
plenum sit, quia perpetua est atque immutabi-
lis. Supra quoque dictum est, permissionem
perfectam ac plenam ne Dei quidem intuitu, ad
ea quæ legis naturalis sunt, eademque prohiben-
tur, sese extendere posse. Itaque nunc de im-
mutabilitate Iuris Naturalis exponendum est.
Facile autem ea perspicitur, si quis meminerit,
ius naturæ circa ea versari, quæ statui humani
generis, quo Deus hoc libertam ob voluntatem
strenuit, i necessario vel conueniunt vel repu-
gnant, quæque adeo Deus pro sanctitate & iusti-
tia sua, decreta voluntatis eius, quæ Iuris Na-
turalis essendi principium est, moderantibus ac
dirigentibus, statuere aliter non potuit. Quam-
diu igitur naturæ omnium rerum sunt perpetue
& immutabiles, tamdiu etiam lex naturæ im-
mutabilis est, *Fundamentis I. N. ac G. I. l. c. V. §.*
175. Gratianus de L. B. ac P. l. l. c. I. §. IO. n. I. 2. 5.

2. Idem etiam exinde intelligi potest, quod
sanctitas & iustitia Dei sunt immutabilia, ut
quæ ipsi sunt essentialia, ac nostro saltim conci-
piendi modo attributa Dei adpellantur *Iac. I. 17.*
Cum illis autem lex naturæ necessariam conve-
nientiam habet, quippe hæc illius ectypa est,
quæde res supra dictum est. Evidem lex diu-
nia positiva mutari potest, tametsi ea quoque
cum sanctitate & iustitia Dei conueniat, *Institu-
tionibus I. D. l. l. c. IV. §. 24.* Verum enim uero
magnopere

magnopere differunt, necessariam conuentiōnem cum sanctitate & iustitia Dei habere, & cum sanctitate & iustitia Dei conuenire. Primitus in legenaturali obtinet, alterum in lege Dei positua. Ita, posita creatura ratiopali, ex libere Dei voluntate producta, non posuit pro sanctitate & iustitia diuina aliter statui neque postea mutari. At lex Dei positua sanctitati & iustitiae iuinx saltim non repugnat, usque etiam conuenit, attamen non necessario, ut adeoque Deus etiam aliter statuere potuisset legem posituam, si voluisset, ac deinde etiam tollere potuerit, quod & factum esse, multa exemplis infra ostendetur.

3. Liquebit hoc similiter perpendentibus, legem naturae non solum principiis practicis, de agendis ac fugiendis, constare, sed etiam principiis theoreticis, de vero & falso, siquidem non solum Opus legis in cordibus inscriptum est Rom. 11:15. sed etiam verbi gratia in hominibus manifesta est, esse DEum. Rom. 1. 19. Iam vero principia theoretica, devero ac falso, sunt immutabilia, cum fieri nequeat, ut id, quod creatura rationali necessario ac per se verum est, falsum fiat, aut quod creatura rationali necessario ac per se falso est, verum fiat. Atque hinc quæ genites idola coluerunt, ac seruierunt creaturæ praeter Creatorem, eas Apostolus. Rom. 1. 21. veritatem DEi de cultu, celebratione ac gratiarum actione DEo, quem ex solo rationis lumine congruerunt, debitis, mutasse in mendacium edocet. Itaque si principia theoretica sunt immutabilia

tabitis, certo concluditur, Ius Naturæ esse immutabile, cum illa huius pars sint.

4. Sunt etiam alia, quæ hanc sententiam non partim confirmant. Enimvero nunquam dicitur in Scriptura, quod Ius Naturæ sit mutabile, aut quod Deus Ius Naturæ mutauerit, aut mutare voluerit, *Fundamenta I. N. ac G. I. I. c. V. §. 4. 6. **.* Legitur e contrario de aliis legibus, quæ sublatæ sunt. Lex forenſis Iudiciorum cum deſtructa ipſorum Republica defit, quamquam enim expreſſe ſublata non legatur, ſufficiatamen, hanc ſaltam Legislatoris diuini voluntatem & iuſtitionem expreſſam eſſe, ut illa ſolos Iudeos obligaret, ſtante Republica eorum. Itaque Republica iſta ſublata, nulla ſupereft legum iſtam obligatio. Leges etiam ceremoniales non ſolum pariter in Nouo Testamento obligare non potuerant, cum tanquam umbra futurorum ex voluntate diuina ceffare debuerint, poſteaquam ipſa ſublantia & corpus in Christo apparuit *Ez. II. 16. 17.* Sed hoc ipſum expreſſe etiam prædictum eſt a *Daniele IX. 27.* Sed &, quod ad ipſam legem moralem attinet, Scriptura Sacra mutationem aliquam ac ſublationem memorat, primo quidem in rigore exactionis *Gal. V. 18.* cum iuſtus legem ſponte ſeruare haud grauetur, nec multum adiudicetur, opus fit: deinde in maledictione eius, a qua nos Christus liberauit *Gal. III. 13.* denique in condemnatione, cum nihil fit condemnationis in iis, que in Christo Iesu ſunt *Rom. IX. 1. 5.* Ut vero hec de iſtarum legum mutatione ac ſublatione Scriptura sacra tradi-

tradiderit, plane tamen filet de legis naturalis mutatione, quod non leue sed admodum probabile indicium est, legem hanc nunquam mutantam fuisse.

5. Non minorem probabilitatem huic sententiae adfert auctoritas humana, eademque per multa. Iure Canonico constitutiones vel eccl^elesiasticæ vel seculares, si naturali iuri contraria probentur, penitus excludenda dicuntur, & ius naturale preferendum *Decret. Grat. distillat.*
8. 4. XI. in append. Imperator §. XI. 1. de I. N. G.
C. naturalia Iura, quæ apud omnes gentes per se obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabiliter permanere pronunciat. Ad hæc etiam accedit consensus Theologorum omnium nec minus Ecclesiarum:

6. Satis, opinor, sententia de immutabilitate Iuris Naturalis probata hactenus est atque illustrata. Quæ vero lex immutabilis est, eadem etiam non potest non esse indispensabilis *Institutiones I. D. I. I. c. II. §. 98.* Isdem igitur argumentis probatur, legem naturæ esse immutabilem & indispensabilem, ut non opus sit ea de re quidquam amplius addere. Itaque *I. c. Lit. G.* vera est propositio: *Quicquid est Iuris Naturalis, id est indispensabile.* Eadem ratione propositio inuersa, saltim intuitu Dei vera est: *Quidquid est indispensabile, id est Iuris Naturalis: quamquam recte I. c. negetur, veram esse hanc propositionem: Quicquid non est dispensatum, id est Iuris Naturæ, seu exemplo Polygynia confat.*

si dispensatio diuina nunquam interuenit, ut aliqui existimant. Intuitu Principum autem nec illa propositio vera est: Quicquid est indispensabile, id est Iuris Naturalis, nam Princeps etiam legibus diuinis positius vniuersalibus ac praeceptis religionis reuelatæ obligatur, vt alii homines.

7. Palam igitur est, sententiam eorum probari non posse, qui contendunt, furtæ posse fieri licita, si id lege statuatur vel communi omnium consensu placeat, cum enim furtæ Iuri Naturali repugnant, leges ac pacta talia irrita sunt ac nulla, ut potest re turpi constituta. Illicita autem adprobari & lege statui non debent, etsi aliquando talis status Reipublicæ esse possit, ut necessario toleranda sint, ne ruina reipublicæ inducatur, donec pedetentim remoueantur. Furtæ per legem aut Pacta non magis sunt licita, aut fieri possunt, quam Duella aut bella ciuilia, si ea lege introducerentur, aut voluntate omnium stabilirentur, aut latrocinia, quæ inter gentes olim confusa fuerunt. Quia de causa etiam profurtis introducendis, tanquam ita non sint amplius furtæ, sed in rebus licitis, frustra virgetur, facere id ad fortitudinem in ciuibus excitandam & conseruandam, ut qui etiam ad bellum idonei esse debent; Ita enim duella, bella ciuilia, latrocinia gentium aliaque facinora possent iusta fieri, si ea ratio sufficeret. Non solum res licita esse debet, sed etiam medium ad rem consequendam debet esse licitum. At vero furtæ exercere non est legitimum medium fortitudinis, cuius

alia media non defantur. Vasa autem Ægyptus per vim ablata non facere, sed Deus omnipotens, qui etiam corda hominum inclinate potest, efficit, ut Ægyptii libenti animo ea darent *Exod. III. 21, 22. XI. 36.* Quodsi per vim hoc factura fuisse, nihil tamen exinde ad furorum licentiam, concludi posse, mox ostendetur.

8. Nunc enim ea etiam adferenda sunt, quæ videntur legis naturalis mutationem continere, quam tamen, re penitus considerata, non continent comprehenduntur. Diximus supra legem naturali in statu integro clariorem atque ideo, etiam perfectionem fuisse, quam in statu post lapsum, ubi ea obscurata est, atque idcirco quodammodo imperfectior, unde etiam Apostolus scire se negavit, concupiscentiam esse peccatum, nisi lex dixisset: non concupisces *Rom. VII. 7.* Verum aliud est variatio ipsius legis, qua propositio est, mentem Legislatoris continens, aliud variatio cognitionis unius eiusdemque legis, & in statu integro & in corrupto eandem propositionem inculcantis, *Institutiones I. D. Disseminatione Procremiali* §. 47. Manet igitur lex naturalis immutabilis, et si de clara cognitione eius per lapsum aliquid decesserit. Vbi igitur Scriptura Sacra adiuti, solam etiam concupiscentiam peccatum esse agnouimus, tum demum de Iure Naturæ id pariter verum esse post lapsum perspicimus.

9. Præterea etiam facta in Scriptura Sacra cognoscuntur, quæ pariter mutationem Iuris Naturalis continent, videtur, nec tamen continent:

tinent: Dummmodo accurate distinguamus ius DEI, quod Deus per homines interduca exequitur, & ius hominum inter se, *Gratianus de I. R. et P. Prologom.* n. 48. facile erit tunc intelligere. Deo ut Creatori amplius iuris in homines & creaturestas competit, quam hominibus sibi iniiciem, vnde iustitiae diversa aliquando applicatio ad DEum est, quam ad homines. Homo igitur qui ius DEI iussu divino exequitur, non magis peccare censeri debet, quam Angelus iussu divino idem faciens, tametsi homo omnino peccaret, si pro se aut a Principe iussus talia faceret. Fuisse Deus Abrahamum occidere Isaacum filium *Gew.* XXII. 1. 2. neque vero legem naturae mutauit, aut circa eam dispensauit, sed suum proprium ius ab Abrahamo exerceri voluit, ac invenit saltem sicut subiectum & circumstantia legis naturae. Enimvero Deus fese dominium virtutis at necis in Scriptura Sacra prædicat. Habuit igitur ius necem Isaaco per Abrahamum inferrendi. Is vero non vt homo egit, non vt Pater, sed vt Iudex, Minister & executor iuris & voluntatis diuinæ, adeoque filium inaestimator non magis legem naturæ violauit, quam Angelus percussor primogeniture Egypti, aut magne partis exercitus Assyriorum. Quia igitur ius DEI exequi debuit, non ius humanum, hinc etiam vt homo & haec tenet considerari nequit, sed extra statum & conditionem hominum constitutus fuit.

10. Qui iussu Principis cum, qui in fero humante innocens sit, occidit, peccat, quia non fecit

erit illicitam contra Ius Naturæ, quæ iussu Principiis licita fieri nequit, quæque adeo etiam ex parte Principis peccatum est, unde hic merita executio saltim dici nequit, *Institutiones I. D. 4. II. v. M. §. 166. 167.* Quia in re manifestum est discrimen inter imperium diuinum & humanum. Namque Deus ius interficiendi eum habet, qui in foro humano nocens non est. Quod si igitur homo id facere inbeatur, merita est executio; ac ministerium Deo exhibitum. At Principi tantum juris non est, adeoque titulus executionis alienique ministerii facinori frustra preferretur. Iesus, tametsi innocens erat in foro humano, nocens tamen ac reus fuit in foro diuino, ut omnes homines, omnes enim peccatores sunt. Quemadmodum igitur Paterfamilias extra rem publicam vivens instar Regis gerit, familiam regit, & ab aliis defendit, adeoque etiam filium, si necessitas exigat, capite punire potest, sic etiam Abrahamus iure & iussu Dei, etum qui in foro diuino nocens erat, occidere potuit. Addatur *Grotius de I. B. ac P. l. I. c. I. §. 10. n. 6.*

XI. Iosephus in Ægypto Iacobum Parentem de vita ac dignitate sua certiore non fecit, nec tamen eo ipso mutatum aut dispensatum fuit de lege Naturæ, quæ Parentes honorare iubet. Fuit homo, fuit idem filius, verum non hominum iure inter se hac in re usus fuit, sed ius Dei exequi debuit, & executus est ac debuit. Deus ipse eum obliuisci fecit domus suæ paternæ, ut ait Scriptura *Gen. XLI. 5.* Præterea somnia habuerat de sole, luna & undecim stellis coram ipso sese

G 5.

in-

inclinantibus Gen. XXXVII. 6-9. Facultas autem somnia interpretandi diuinitos ipsi contigerat, unde non debuit voluntati diuinæ repugnare, cum aliqui ea diuina somnia non potuerint deinceps in Agypto impleri. Denique Deus venditionem Iosephi per iniuriam a fratribus factam ita direxit, ut ille Parentem ac fratres postea alere potuerit summa fame oppressos. Itaque Iosephus vt Minister & executor Iuris & voluntatis diuinæ considerandus est.

12. Moses Agyptum occidit, a quo Israelite iniuriam passus fuerat. Sed erat is iam Dux populi constitutus, qui Salvator eius esse debebat, quod Israelitæ non intellexisse dicuntur Ad. VI. 24. Vnde apparet, eum etiam instinctu diuino egisse. Ut autem non peccat, qui iussu diuino quemquam occidit, sic etiam non peccat, qui instinctu diuino idem facit, eo magis, quod huic instinctui ne facto quidem resisti potest, quae ratio est omnis facti heroici, cum mandato diuino non iure quidem, at facto tamen resisti possit, sicut idem Moses Deo ipsum ad Pharaonem mittenti initio ægre obtemperauit. Vterque, & qui iussu, & qui instinctu diuino agit, vt Minister & Instrumentum Iuris & voluntatis diuinæ agit, non vt homo. Idem dicendum est de facto Pinehx, qui Israelim ob facinus, Mose ac populo inspectantibus publice tentatum, in angulo meretricio cum femina Midianitarum transfixit. Enim uero hæc cædes etiam fuit extraordinaria, & instinctu diuino facta, id quod vel inde intelligitur, quia ultio diuina cessauisse, eam-

eaenque Pinehas Zelo isto diuino ab Israelitis
aeruisse memoratur *Num. XXV. 8. II. 12.* Sic
etiam Elias sacrificulos Baaliticos Zelo atque
instinctu diuino mactauit, *I Reg. XIII. 40.*

13. Israelitis ex Aegypto abituris Deus iussic-
vala aurea & argentea ab Aegyptiis commodato,
accipere, eandemque retinere, *Exod. XI. 2. XII.*
36. neque tamen hic etiam lex naturæ mutata-
fuit, sed saltim subiectum & circumstantia.
Terra Domini est, & omnia quæ in ea sunt *Ps.*
XXIV. 1. homines autem nihil habent, quod non
a Deo acceperint. Deinde etiam id factum est,
in præmium laboris Aegyptiis præstiti, vnde
etiam Deum tanquam iudicem hic egisse, mani-
feste traditur *Gen. XX. 14.*

14. Res Dei etiam fuit, cum Simson domum
inqua erat, subuertens cum hostib[us] vitam fini-
vit, illius enim gloria a Philistæis idolum suum
excellentibus vindicabatur, *Iud. XVI. 23.* Ad-
moxit quidem Deo preces, vt priuationem oculi-
lorum in Philistæis vlcisci permetteret, verum
non vnice ac principaliter id spectauit, sed po-
trois iniuriam publicam, siquidem ipse non pri-
vatus erat, sed publicus, ac Princeps populi.
Israelitas etiam eo ipso liberavit, plures enim
Philistæorum moriente, quam viuo, ipso perie-
runt *vers. 30.* vnde tanquam servator ac Princeps
vitam posuit pro salute populi. Manifestum quo-
que est, hoc facinus esse heroicum, atque in-
stinctu diuino peractum, adeoque non tam ip-
se morti se se obtulit, sed Deo confisus est, qui
ipsius etiam domo corridente seruire posset, pa-
ratus

satus interim ad moriendum, si ea esset divisa voluntas. Itaque de lege naturae, que sui ipsius credere non arbitrius quam cedem alterius prohibet, hic dispensatum non fuit. Quo in facto considerando non insuper habendum est, quod Deus execrationem ex nimia Delitiæ deflagitatione, non tamén sine Simsonis culpa, profectam ita direxit, ut is Christum morte sua hostes superaturum adumbrauerit.

15. Vidimus hactenus de iure Dei ab hominibus iussu diuina exercito in vita ac bonis priuatorum. Quantum vero iuris Creatori in privatos ac singulares est, tantum eidem etiam est in Reges, omnes enim homines sunt creature Dei. Et quemadmodum iudices intuitu subiectorum ut Magistratus considerantur, intuitu Principis autem pariter subditi sunt; ita etiam Principes subditorum quidem intuitu Domini sunt, at Dei ipsis respectu pariter subditis sunt, sub eodemque positi. Quamquam igitur hominum inter se ius fit, ut nefas sit, Principi maledicere Erod. XXII. 28. Att. XXIII. 5. tamen, si Deus id facere iubeat, idem fas erit. Neque vero sic etiam lex naturæ mutatur, namque merum Deo præstat ministerium, qui mandato divino id facit. Etsi homo est, etsi subditus, non tamen ut talis spectandus est, sed ut Minister & executor voluntatis diuinae. Ipse David Rex hoc agnotuit, cum enim Simei bene multa convicia ac dira in ipsum iactaret, Abisai autem potestatem capite illum priuandi peteret, non id permisit, cum in fuga ob Absalonem rebellem con-

constitutus clementiam petus ostendere vellit,
sed pro excessatione ait alio: Deum id ei praecepisse
fineret eum maledicente. Itaque si Deus principi maledicere
Regi, nefas non est, imo tunc non maledicere
metas est. Nec minus iuris in vitam a regis
Principi Deus habet, quam in vitam a bonis
aliorum hominum. Iehu igitur dominum Achab*s*
collere a Doo iussus, contralegem naturae pariter
non egit, sed ius Dei, Creatoris, summi Domini
& judicis iussu, *executus est*, qui sanguinem
Prophetarum vindicare voluit 2 Reg. IX. 7. 24.

16. Dictum haec tenus de iure Dei iussu eius.
Item ab hominibus in singulis, atque etiam
in Regibus, exequendo, quod iure homi-
num inter se fieri iure falsaque conscientia
non posset. Nunc de integris populis exempla,
qua Sacra Scriptura habet, memoranda sunt.
Princeps non singulis modo, sed etiam uniuerso
populo superior est, sic etiam Deus non solum
in singulos homines, sed & in omnem gentem
imperium habet. Cum Balack Moabitarum Rex
ab Israelitarum multitudine sibi vehementer
tuens Bileam conduxisset, qui illis maledice-
ret Num. XXII. 2. 3. 10. 11. 12. Deus id non solum
non permisit, sed maledictione in benedictio-
nem versa praecepit etiam Israelitis, ne Moabitis
salutem vnuquam aut bonum dicerent & appreca-
rentur Deo. XXIII. 5. 6. Idem Israelita gentes
aliquas ob idolatriam aliisque facinora iussi di-
vino persequuti sunt. Atque haec iure Dei etiam
in integris populos facta sunt, hominum enim
inter se ius ad non est, siquidem dilectio exigit,
vt

vt akeri bonum preceremur , aliisque alium salutet. Et Scriptura Sacra inuerecumde abuteretur, qui, quod Israelite, vt iuris & voluntatis diuinorum executores, fecerunt, imitari vellent, mandato divino ad id non instructus. Bellum autem punitiuum inter gentes , vt quae Superiorem non habent, non datur. Itaque Israelite non ius hominum inter se, sed ius Creatoris executi fuerunt, quorsum etiam referenda est cædes Israitarum inter seipso inuicem ob conflatum vitulum aureum *Exod. XXXII. 7. 8. 9. 10. 11. 27.* Itaque nec dictum nec factum ex Scriptura Sacra adduci potest, quod ad mutabilitatem vel dispensabilitatem Iuris naturalis pertineat, adeoque verius manet, legem naturæ esse immutabilem.

IV.

I. Legem naturalem ex consensu gentium non semper certo probari ac repeti posse, fatis intelligitur ex doctrina Apostoli *Rom. I. 21 - 32.* Gratiæ tamen Iuris naturalis Instauratorem sine causa vapulare, ac si id fecerit aut facere voluerit, certum est, *Institutionibus I. D. I. III. c. H. §. 13. Fundamentis I. N. ad G. Cap. Proœm. §. 3. ipse Prolegom. n. 39.* eam sibi curam fuisse scribit, vt eorum, quæ ad Ius Naturæ pertinent, probationes referret, ad notiones quasdam tam certas, vt eas nemo negare possit, principia enim eius iuris, si modo animum recte advertas, per se patere atque evidentia esse. Negat deinde n. 41. Philosophis, item Historicis ac Poetis, itemque Oratoribus indiscrete credendum esse, quod Sectæ, item argumento, itemque causa seruant. Addit

dit in iure naturæ rectam illationem ex naturæ principiis requiri, : seu ut ex certis principiis certa argumentatione deduci possit: & materiali illius non ex testimoniis, sed ex materia qualitate diuidicandam esse.

2. De consensu gentium expreſſe docet, eum saltim probare ius gentium, quod à Iure Naturæ distinctum statuit, quod quidem recte refellitur. *Fundamentis I. N. ac G. A. f. c. l. s. 66. 67. 70. 75-78. Post. n. 46.* exempla &c. iudicia exhibitoria allego dicit, quia ius Naturæ inde aliquaque modo probatur. A Poetarum sententia, non fidem adfruere voluit, ut est n. 47. sed dictis aliquid ornamenti accedere. In Scholasticis A 52. omnia laudanda esse negat. ICris Romanis multum se deferre n. 53. scribit, nam rationes sepe optimas suppeditare ad demonstrandum id, quod iuris Naturæ est, & eidem iuri testimonium præbere. Propositum sib in n. 56. dicit, vt definiendi rationes redderet quam maxime evidentes.

3. Postea I. I. c. I. s. 42. scribit, modum probandi, esse aliquid iuris naturalis, ab eo, quod apud omnes gentes aut moratores omnes tales creditur, saltim a posteriori esse, neque hinc colligi certissima fide, sed probabiliter admendum. Proptereaque in *Prolegom.* n. 59. principia se in conspectum dedisse scribit, unde controversiarum genera diiudicari possent. Denique I. I. c. III. s. 5. n. 6. non omnia probanda esse imponeat, quia a quavis, præclaræ famæ Authoribus dignatur: sape enim tempori, saepe

pe affectibus feruire, & aptare tū. ~~ad~~ ^{ad} p. m. Quare dandam esse operam, ut in his rebus defecato utimur iudicio, nec quæ excusari magis, quam laudari possunt, temere in exemplum rapiamus, in quo perniciose sepe errari soleat.

4. Potuisse autem gentes ex perpetuo commerciorum usu vel belli pacisque publicis negotiis in eadem Instituta transire, *Institutiones L. Div. III. c. II. s. 15.* Grotius etiam tradidit. A legi Mosis de iudiciis exemplum sibi petuisse Graecos, Atticos præfertum, credibile esse docet *L. I. c. II. s. 5. n. 10.* unde tantum addit in Iure veteri te Attico, & quod inde descendit, Romano, *XII. tabularum cum legibus Hebreis similitudinem esse.* Deinde *L. II. c. IV. s. 5.* docet, naturaliter, & ubi lex civilis non impediat, Patrem posse filium oppignorare, & si necesse sit, etiam vendere, ubi alia ratio eum alieni non suspetat. Legem ea de re Thebanam a Phoenicibus, ac porro ab Hebreis venisse, ex lege Thebana autem in alios populos videri fluxisse. Postea *L. II. c. V. s. 13. n. 2.* fine, degradibus quibusdam matrimonialibus sermonem faciens tradit, scismatis existimatio a necessario naturæ dictato originem non habuit, omnino sequi, ut defensat ex veteri traditione, quæ a divino aliquo præcepto manaret, scilicet, ut est *L. c. n. 2.* quod siue in prima confusione, siue in reparatione post diluvium, dederit; Pythagoras ab Essebi, ac Hebraeorum illis, quos secuti sunt Essebi, aliquid sumptuose ipsi videtur *L. II. c. XII. s. 21.*

n. 5.

5. item Pythagorici imitatores Eſſenorum ei-
dem memorantur l. 14. c. XXVI. §. 4. n. 4. idem
exprefit de imperio ſummarum poeſtatum circa ſacra
c. I. §. 9. gentes alia hoc ipsum tanto conſenſu
tradidere, vt apertifimum fit recte rationis,
quæ communis eſt humano generi, hoc eſſe
pronunciatum, aut ante religionis deprauatio-
nem ab antiquissimis Parentibus tradi libe-
ris cœptum longa ſuccēſſione ad posteros ma-
nasse.

5. Itaque non demonstrationem ſed certitu-
dinem moralem ex testimoniiſ & iudiciiſ, item
xempliſ gentium conſentientiibus petiit. At-
que id plerumque fieri poſſe, res ipſa loquitur.
Quæ enim illicita ſunt, & contra legem naturæ ad-
nissa aut defenſa, ea ſtatim per ſe cognoscuntur.
Vnde damnantur latrocinia quæ apud multas
gentes viſitata fuerant, ac ſaltim effectum Iuris
xternum habuerunt, Grotius de I. B. ac P. I. II. c.
IV. §. 5. n. 1. cuiusmodi iura etiam a gentium iu-
re, quod a iure naturæ diſtinctum fruſtra ſtatuit,
eparanda eſſe docuit Prolegom. n. 41. vnde hoc
uidem ſine cauſa multos contra ius hoc obieciſ-
ſapparet, quod aliis de rationibus recte reiici-
tur. Si autem a gentibus alia traduntur, quæ ex
iure naturæ non fluunt, ea quoque eo ipſo patet
Maioribus eos vel per famam, vel in peregrina-
tionibus, addidiciffe ac recepiſſe. Cuiusmodi
xemplum eſt Gen. XXVI. 8. 9. vbi Abimelech Rex
hiliftæorum cognito, Rebeccam eſſe vxorem
Iaci, eam negauit eſſe fororem eius. Plerum-
que tamen ius naturæ ita oſtendetur, id quod

H

ſi

si fiat, improbari non debet, non solum quod sua cuique libertas est, vtrum testimoniiis aliorum vt velit, an minus, sed etiam, quod perinde est, siue Grotius quid iuris naturalis sit exponat, sine apud Grotium Philosophus, Historicus aut quicunque sit, dummodo omnes adferant rationes optimas. Pulchrum etiam atque iucundum est, in aliqua disciplina optima ^{Auctor} etorum congesta habere ac legere posse. Itaque industria ista & opera Grotii ac Pufendorfii contemni iure meritoque non potest. Testimoni autem rarissime id probare cuius gratia adducuntur, *Fundamentis I. N. ac G. Capite Proemij. 4. de tanti iudicij Viris non potest probari.*

V.

1. Vidimus hoc exemplo, Grotio non raniuria aliquid affingi. Alii quoque errores defectus ei non minus quam Pufendorfio ^{atque} *Capite Proemiiali* tribuuntur, de quibus partim iam dispeximus, partim adhuc dispiciemus, o quæ *Fundamenta Iuris Naturæ ac Genium noui Methodo adornanda fuisse perhibentur.* Deinde igitur legem naturæ tradendi methodo necessario disquirendum est. Evidem methodus ei arbitraria, adeoque & hic cuilibet suo sensu quodammodo abundare & libertate aliqua videtur. Verum cum tantum defectuum Viris, quod dixi, imputetur, quorum nihil eis iure tribui potest, proptereaque hæc methodus adhibita dicatur, omnino hæc aliquantum cognoscend est. Nisi illud factum fuisset, perinde omnibus esse potuisset, qua Methodo Fundamentis

if

ista I. N. ac G. conscripta fuissent. Pauca igitur de ead dicemus, quo Grotius, quo Pufendorfius suis laudibus non defraudentur, vel plane etiam erroribus, quibus non inhaesere, oportentur.

2. Traduntur autem per hanc novam methodum Principia Honesti, Iusti ac Decoris. Honestum dicitur 1. dirigere actiones internas ac procurare quietem internam. 2. nisi regula: quod vis, ut alii sibi faciant, vel non faciant, tute sibi facies. 3. maxime excitari exemplis. 4. pertinere ad actiones summe bonas. 5. coercere voluptatem. 6. esse Sapientis maximi, cum honeste viuens non possit non simul iuste ac decore vivere. 7. negligi ab infimo in stultitia. Decorum dicitur 1. dirigere actiones externas; ut aliorum benevolentiam acquirant, vel officia humanitatis sibi concilient, ac procurare quietem externam actionibus pacificis. 2. nisi regula: quod tibi ab aliis vis fieri, aliis faciendum est. 3. maxime excitari præmiis. 4. pertinere ad actiones medias. 5. coercere ambitionem. 6. esse sapientis medii, decore viuere, si simul iuste viuat. 7. negligi ab eo, qui medius est in stultitia. Iustum dicitur 1. dirigere actiones externas; ne pacem turbent, & vt turbatam restituant, & impedire turbationem quietis externæ omissione actuum pacem turbantium. 2. nisi regula: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. 3. maxime exercitari pœnis. 4. excludere actiones summe malas. 5. coercere auaritiam. 6. esse Sapientis infimi, non decore vel honeste simul viuat. 7. negligi

ab eo , qui maximus est in stultitia *Fundamentis I. N. ac G. l. I. c. IV. S. 73. 87-90. & c. VI. S. 40. 41. 42.*

3. Vir Nobilissimus *Ephraimius Gerhardus D; Disputatione de Crimine & Paenitentia Propriodii* hanc methodum secutus hoc tria ita distinxit. Tradit §. XI. regulas viuendi , quæ humanarum actionum norma existunt , naturales partim ad externam societatis humanæ tranquillitatem dirigi & regulas iusti audire: partim eas hominum regere actiones , quæ ad vniendos hominum animos maioremque humani generis commoditatem faciunt , quæ idcirco Decori & Humanitatis regulæ adpellantur ; partim internam voluntatis rectitudinem & tranquillitatem respicere , & regulas Honesti dici. Subiungit idem partim eas reverentiam erga Creatorem O. M. inculcare , & Religionis siue Theologiae naturalis esse. Mox §. 12. Iustum , quatenus scilicet ab Honesto & Decoro secernitur , eas dicitur comprehendere viuendi regulas , quæ actiones hominum , cum externa eorundem felicitate , necessario connexas , ad eum finem in officio continent. Naturalis Decori præcepta §. 14. suadere dicuntur , eademque velle , ut aliorum commodis beneuole non minus , quam tuis inferuias. Honestatis regulæ §. 15. internam hominis felicitatem , hac in vita acquirendam , dicuntur respicere , ac ducere hominem ad beatitudinem internam , quæ ipsa consistit in tranquilla affectuum usurpatione. Religio denique naturalis,

alis, vti est §. 17. homini præcipit venerari Deum Creatorem.

4. Dicitur Decorum suadere, at nec Grotius nec Pufendorfius, ea quæ præcipiuntur, & ea quæ suadentur, distinguere neglexerunt. Referuntur Decorum ad officia humanitatis, verum & Grotius iura innoxiae utilitatis, & Pufendorfius officia humanitatis exposuerunt. Ius imperfectum dicitur non ulterius tendere, quam ad ea, quæ ab altero peto ex regulis decori, *Fundamenta I. N. ac G. I. I. c. V. §. 22.* Diuisio autem juris in perfectum & imperfectum Grotiana ibidem dicitur. Noua igitur vocabula constituantur, res eadem proponitur, quod sane probari non potest. Dicitur Pufendorfius *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proœm. §. 12.* iustum & honestum seu ius naturæ & doctrinam ethicam miscuisse. Ita vero iam tradidit, quod in *Fundamentis I. N. ac G.* traditum est, honestum enim ad Ethicam, spectare dicitur *I. I. c. V. §. 68.* Quamvis autem fieri posse, ut Ethica separatim tractetur, inque ea tradatur de affectibus humanis, de virtute, de summo bono, aliisque, aliqui etiam velint, ius Naturæ ac Philosophiam moralem esse diuersa ac separatim tractanda; sunt tamen etiam alii, qui aliud censem. Certe ad Logomachiam ea Dissensio recidere videtur, si quidem hic conceditur, ius Naturæ late dictum comprehendere totam Philosophiam moralem *I. c. §. 58.* Neque vero Pufendorfius ius naturæ & doctrinam ethicam confudit, si hoc sensu ea miscuisse dicitur. Enimvero circa factum eius, qui Rhe-

dienfibus summa fame frumentum aduehens de aliis mercatoribus Rhodum potentibus reticuerat ac dissimulauerat, distinguit aperte questiones, vtrum iniuste fecerit? & vtrum contra legem beneficentiaz & humanitatis fecerit? *de I. N. ac G. t. V. c. III. §. 4.* Observandum etiam est, quod Ius Naturæ late dictum comprehendere dicitur principia honesti ac decori, *Fundamenta I. N. ac G. t. I. c. V. §. 58.* & tria hæc intime vnitæ esse, ac sapientem nonnisi mente ea separare *I. c. c. VI. §. 36. 39.*

5. Grotius tantopere distinxit in Opere *de I. S. ac P.* vt nimium distinguendi ac subtilitatis studium non parum contulisse videatur ad errores ipsius de lege noua, Euangelica ac perfectione in Nouo Testamento, de communicatione poenarum sine merito in Veteri Testamento, de bello punitivo, de bello quod Magistratus gerere possint, de Iure Gentium a Iure Naturæ distincto, quæque sunt alia. Distinxit *Prolegom.* n. 8. ius propriæ tale, propter quod scilicet in iudicio vel bello experiri licet, ab iis quæ utilia sunt, & humanæ societati conueniunt, quæque iudicii sit estimare n. 9. item ab iis, quæ prudenter sunt n. 10. Distinxit n. 50. ea, quæ nobis commendantur magis quam præcipiuntur. Addit a præceptis declinare nefas esse & poenæ obnoxium, ad summa quæque contendere generosi esse consilii, & sua non carituri mercede similiter *I. I. c. 4. §. 9.* n. 1. consilia, & si quæ sunt alia præscripta, honesta quidem, sed non obligantia, legis aut iuris nomine non veniente dicit.

dicit. Exempla in ipso opere hæc deinde subministravit: ob rem modicam, qua sine magno incommodo carere quis posfit, iudicio vel bello non experiri, cœlibem castitatem viuere, nuptias repetere, sed laudabilius sit, uno contentum esse matrimonio, quæque sunt huiusmodi alias. Hodieque etiam Theologi docent, ad perfectiorum Christianismi gradum pertinere, si quis humum ac saltationem omittat, cum ea liceant quidem, peccata non sint, sine vanitate animi fieri possint, attamen in vita sint valde præcipitia. Vnde intelligitur doctrinam Grotii, de iis, quæ non quidem præcipiuntur, at commendantur tamen, consilii sunt, ac laudabilius fiant, omnino defendi posse, quod etiam exempla ipsius; quæ modo memoriai, ostendunt. Non tamen propterea Zieglerus reprehendendus est, qui in Notis ad ista verba putat, errorem Pontificium iis contineri, siquidem iste sincera mente ubique difensat, nec nisi verum tuendi ergo a Grotio sentit, nullo modo ei detrahens. Et hoc eo magis, quod omnino verba ista cum verbis Bellarumipi conuenire videntur, ceu in Notis ostenditur, ac Grotius alibi etiam a fermento hæreticorum sibi non satis cauit. At sine fermento tamen Pontificio Grotium ista scripsisse arbitror, certe sine illo verba ista accipi ac retineri possunt, ut iam dictum est.

6. Idem I. I. c. I. §. 10. n. 3. distinguit, quæ ratio honesta aut oppositis meliora esse iudicat, etsi non sint debita. Deinde I. II. c. XIV. §. 6. n. 1.

H 4

vbi

vbi etiam videri possunt, quæ ex Maimonide eodem spectantia adduxit. Et adeo honesta ac laudabilia distinxit & vrsit, vt etiam Zieglerus eum eo nomine aliquando refellendum putaverit *I. l. c. 2. ad §. 9.* nota ultima. Vterque sane Grotius ac Pufendorfius semper distinguunt ea, quæ in iudicio vel bello exigi possunt, & ea, quæ cuiusque pudori relinquuntur, & actioni in iudicio vel bello locum non faciunt. Ex quibus omnibus satis appareat, alios rem eadem iam scripsisse, adeoque noua vocabula saftim substituta esse, nihil utilitatis ex hac noua methodo accesuisse, ad minimum aliis propterea ingentes errores ac defectus imputandos non fuisse. Imo non solum eadem res, sed & eadem res iisdem etiam verbis, quibus Grotius ac Pufendorfius vsi fuerunt, repetitur. Ad officia humanitatis homines non obligari ex regulis iusti, sed honesti & decori, adeoque non posse cogi ad ea, docetur *Fundamentis I. N. ac G. & II. c. V. §. 5.* Præcepta decori dicuntur suadere, secundum regulas prudentiæ, addito exemplo de remissione iuris sui, *ibidem c. II. §. II.* Quamvis vero *loco priori* * loco obligationis imperfæctæ substituenda dicatur obligatio interna, restamen eadem, quam alii per obligationem illam insinuarunt, per hanc etiam repetitur *I. III. c. IV. §. 3.* vbi si Parentes in statu naturali obligationi ad alendum & educandum liberos non satisficiant, belli causam propterea competere negatur; at in statu imperii vel ciuili præterea non solum

solum legibus etiam humanis Parentes ad id obligari, sed etiam pœnis compelli posse.

7. Si quis Ius Naturæ hac methodo tradere vellet, ut distingueret inter legem naturalem, statum naturalem & instinctum naturalem, posset in lege quidem naturali separare principia generalia, & conclusiones ex illis, easque tum propiores tum remotiores, deinde quæ sunt extra legem naturæ, quæ sunt præter legem naturæ, quæ sunt contra legem naturæ, porro quæ legi naturali saltim non repugnant, quæ eodem saltim suadentur aut dissuadentur, et si non præcipiuntur aut vetantur. In status Naturalis consideratione proponi possent iura, quæ ipsi sunt propria, item ea, quæ saltim contra statum, naturalem, non vero contra legem naturalem sunt. De instinctu naturali dici posset, quo usque cum lege naturali conueniat, ea confirmatus sit, eandemque adiuuet, quod ad obseruationem eius spectat. Sæpius sane natura stimulat ad id, ad quod lex naturæ etiam obligat. Si quis hac vel alia methodo ac ratione Studium Iurisprudentiæ naturalis tradere vellet, futurum sane non esset, ut illa cuiquam se se probaret. Enim uero gravaretur saltim hoc studium, cum inutiliter ac superflue istud fieret, res enim ipsa omnis iam ab aliis dicta est. Itaque etiam nouam Methodum in Fundamentis I. N. ac G. adhibitam ad nihil prodesse, manifeste apparet.

8. Satius igitur est, si distinguantur a iustitia strictè dicta ea, quæ honesta sunt ac laudabilia, item, quæ suadentur, quæ oppositis meliora

H 5

funt,

funt, quæ prudentiæ sunt, quam si pro his ultimis vocabulum decori substituatur. Illa sane magis perspicua, magis etiam visitata ac nota sunt. Hæc autem Methodus noua non solum nullius est: sed etiam iurisprudentiam naturalem confundit, sine ratione difficiliorem reddit & obscuriorem. Enim uero decorum modo dicitur pertinere ad Politicam *Fundamentis I. N. ac G. I. c. V. §. 58.* Politica autem est ars specialis, quæ docet quid ex usu sit facere, adeoque alterius est tractationis; nec cum iuri arte confundenda, *Grotius de I. B. ac P. Prolegom. n. 57.* Modo autem ab honesto ac decoro homo dicitur virtuosus esse, & utrumque ad officium humanitatis refertur *I. II. c. VI. §. 4.* Exemplis res clarior fiet. De officiis autem erga DEUM infra exemplum occurret. Hic igitur rem declarabo ex officiis hominis erga se ipsum Proprigidam *Fundamentis I. N. ac G. I. II. c. II. §. 13.* + negatur directo pugnare contra regulas iusti, nisi per indirectum, peccare autem directo contra regulas decori & regulas honesti. At vero quæ methodus negat, Proprigidam peccare contra regulas iusti, ea non poterit commoda censeri, sed potius improbanda. Parum enim abest, quin veritas ita amittatur per eam methodum, - aut saltem confusionem recipiat, ac difficilior reddatur vel ipsa nouitate non necessaria. Non idem solum docetur *Dissertatione ante citata de Crimine & Penis Propriidii*, sed ibi ulterius §. 16. dubitatur, utrum propriida agat contra regulas honesti, posse enim Philosophum, qui tranquillitatem con-

consequi non posfit, concludere; satius esse, carere vita, quam possidere vitam, omni morte duriorem. Decorum autem in *Fundamentis I. N. ac G. l. I. c. V. §. 47.* variare dicitur, et si Ius Naturæ sit immaginabile. Ita vero pene negatur, propriodium esse peccatum, & contra Ius Naturæ. Conceditur tamen §. 16. Honestatis rationem voluntariam mortem disuadere. Quia vero regulæ decori & honesti proprie me non obligant alii homini sed mihi, *Fundamenta I. N. ac G. l. I. c. V. §. 25.* fibi ipsi autem nemo obligatur, hinc per regulas iusti quidem honesti ac decori propriodium scelere vacabit.

q. Grotius de I. B. ac P. l. II. t. XIX. §. 5. n. 1. animum docet retinendum esse in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo nobis ille est datus, ex hac vita demigrandum, donec DEus ipse nos dimittat n. 3. quia non nobis sed DEo in vitam nostram ius est n. 4. *Pufendorfus de I. N. ac G. l. II. t. IV. §. 16.* Proprietum probat esse contra legem naturæ, quia homo est creatura ac seruus Dei, & membrum reipublicæ, seu quia Proprietudo Deo Creatori ac generi humano facit iniuriam. Pro solida hac perspicuaque doctrina substituitur alia noua doctrina de principiis honesti, iusti, ac decori, per quam ex illico redditur licitum, ut modo vidi mus. Dicta tamen Dissertatione regulis honesti, iusti ac decori adduntur pietatis præcepta. Hinc ad ultimum recurritur ad religionem naturalem, quæ hominem iubet Deum ut Creatorem obsequio prosequi, ut adeo vitam. quam ille largitus est, sine eiusdem mandato pro lubitu haud ponere

ponere queat, nisi in Deum iniurias existere velit. Itaque in Methodo tradendi legem naturam per principia iusti, honesti ac decori, quae ob errores aliorum emendandos ac defectus eorumdem supplendos adornata dicitur, ingens defectus reprehenditur, dum caput de religione naturali omissum est, sine qua per hanc quidem methodum iniustitia proprietatis demonstrari non potest. Neque vero officio conuenit, premittere saltem, quae omnino necessaria sunt, nisi ingens doctrinæ corruptio ac defectus manere debeat, eo magis, si quis ipse defectus istius causa fuerit.

10. Exemplum officiorum erga alios suppeditatur *Fundamentis I. N. ac G. I. II. c. VI. §. 6.* vbi obligatio perfecta ad officia humanitatis deducenda dicitur ex regulis iusti. Hoc vero nihil aliud sibi vult, quam si obligatio perfecta ad officia humanitatis accedit, ut etiam in foro humano exigi posint, id prouenire ex voluntate Legislatoris humani, quod vel inde apparet, quia mox subiicitur ad imperantium officium pertinere officia humanitatis moderate postulare a subditis. Atuero quae regulariter imperfekte debentur, ut exigi nequeant, ea lege Principis accedente perfecte deberi incipere, ut si quis tunc ea sponte prestare nolit, in iudicio exigi possint, Grotius etiam ac Pufendorfius iam docuerunt.

11. Doctrina de legibus diuinis positivis vniuersalibus, cum in sacris literis aperte offeratur satisque fundetur, ob hanc methodum

dum de principiis honesti ac decori omitti non debet. Neque vero etiam omitti potest, cum per methodum istam leges, quas dixi, vel non haberent vim legis vel plane etiam tollerentur ac negarentur, vti postea demonstrabitur, quando prius de legibus diuinis positiuis particularibus seu forensibus dictum fuerit. Posteaquam enim hac parte de Lege Naturali pro instituti ratione traditum est, ordo exigit, vt simili modo de Legibus diuinis posituis etiam tradatur, ac primo quidem de forensibus, deinde de vniuersalibus.

VI.

1. Vidimus autem supra leges forenses non amplius obligare in Nouo Testamento. Expressæ quidem sublatæ non leguntur, sed desierunt cum Republica Iudaicæ, quia Deus eas solis Iudeis præscripsit, quorum adeo Republica extincta, ex voluntate & iusfione diuina, vt quæ non amplius adest, vim obligandi non habent. Quod igitur nos attinet, lex ista non tam sublata est, quam potius nobis nunquam lata est, sicuti quæ leges Romanæ ad Germaniæ præsentem conditionem non quadrant, non sublatæ sunt, cum potius nunquam receptæ fuerint, adeoque non obligauerint. Quæ vero in lege forensi naturalia ac moralia adeoque perpetua & immutabilia sunt, ea quidem ubique auctoritatem habent, certe habere debent, non tamen ut leges forenses, sed ut leges naturales ac morales valent.

2. Tametsi,

2. Tametsi vero leges forenses extra Rempublicam Iudæorum ex iusfrone diuinâ obligatiōniem non habuerunt, non tamen etiam Deus prohibuit, quo minus istæ alibi recipi & introduci possint. Itaque si conditio status eas admittere posfit, vel aliquas earum, recte omnino, pie ac laudabiliter recipiuntur. Quemadmodum autem si quis Princeps, cognitis alterius territorii optimis legibus, aliquas earum suis etiam terris recipit, hæc non valent propterea, quod in alio territorio introducēta fuerunt, sed quia ipse eas libera voluntate in suis terris publicauit; sic etiam leges istæ tunc non ut leges forenses amplius considerari possent, sed essent leges humanæ, quæ ex imperantis cuiusque voluntate originem suam atque auctoritatem haberent. Quodsi autem iis hodie non utimur, hoc cum DEI contemtu minime coniunctum est, cum enim leges non posint, non pro diversa conditione populorum, terrarum, vicinorum, formæ ac status Rerumpublicarum, temporum item ac circumstantiarum, & quæ sunt alia, variare, Deum quoque sapientissimum leges forenses ad conditionem ac naturam Iudæorum attemperasse, certissimum est, quod & lectio earum ostendit, & Auctores qui rationes earum inuestigarunt & exposuerunt. Itaque non omnibus populis eæ leges aptæ sunt, adeoque iis sine crimine non utimur.

3. Tametsi vero legibus forensibus non utimur, insignis tamen earum usus atque utilitas est in Iurisprudentia Legislatoria Principum,
 &

& in Iurisprudentia consultatoria eorum, quos Princeps leges latus, in confilium adhibet. Vtum eius rei exemplum dabo, nempē in cognitione eius, quid salua conscientia in pœnis determinendis fieri possit, istas leges Princeps optime consulit, & ex iis quid liceat perspicere potest, quod tunc imprimitis utile est, imo vel necessarium, si ad clementiam magis natura propendeat, ac pœnas grauiores, quas Republicæ necessitas aliquando exigit, grauatim decernat. Atque id exempli propterea placuit, quia Grotius ad librum eius de I. B. ac P. I. II. c. 3. §. 14. ea sententia tribui solet, quasi statuerit, leges forenses in pœnis & criminalibus perpetuas & vniuersales esse, hodieque obligare. Verum qui verba eius, penitus intuetur, is facile deprehendit, eum ab ista sententia alienum fuisse. Enim uero alterius saltim refert sententiam, scilicet Scotti, eandemque non simpliciter adprobat, sed valde probabilem vocat, fas non esse quemquam ad mortem damnare, nisi ob delicta, quæ lex per Mosem data morte puniuit, addito duntaxat, aut quæ his sunt paria recta estimatione.

4. Negatigitur, morte quemquam punire fas esse, nisi ob delicta, quæ lex per Mosem data morte puniuit, aut quæ his paria sunt. Manifestum hinc est, quod conscientiæ consulere voluit, non autem obligationem aliquam legum forensium inculcare. Non id contendit, necessarium esse, vt mortis pœna statuatur, vbi in lege forensi statuta est, qua ratione legem hanc obli-

obligare docuisset, sed negat saltim, seu potius valde probabile putat, fas non esse morte alia delicta punire, quam quæ lex forensis morte puniuit, aut quæ iis paria sunt. Interim non negat, si id ipsum constituatur, leges eas humanas esse, & ex voluntate Imperantis cuiusque valere, quod etiam inde apparet, quia idem fas esse dicit in delictis quæ paria sunt illis, quæ legē forensi morte punita fuerunt. Docere voluit, quomodo delicta capite puniri possint, vt animus & conscientia tranquilla & illæsa maneat, quod fieri posse putat, si non aliter ultimum supplicium statuatur, quam vbi lege forensi id factum est, vel delicta paria sint illis, quæ lex forensis morte puniuit. At minime docuit, necessarium id esse, ac legem forensem in Nouo Testamento etiam obligare, siquidem *I. I. c. 4. §. 17. n. 1.* expresse fatetur, legem per Mosen datam in nos obligationem non inducere.

5. Quod vero idem tradit, legem ius necis non habere in omnes ciues ex quoquis delicto, sed demum ex delicto tam graui, vt mortem mereatur, hoc quidem admitti nequit. Enim uero ut poenas capitales in Nouo Testamento recte ac salua conscientia in criminâ constitui posse *I. I. c. II. pasim §. 7-10.* ostendit, in primis ex *Rom. XIII. 4. Act. XXV. II. XXIX. 18. I. Petr. II. 19. 20.* (quibus locis addi possunt verba Seruatoris *Math. XIX. 6.*) & quod alioqui scelerum licentia & quasi diluvium malorum securum sit: sic etiam lex, quæ in leuiora delicta capitâ poenam constituit, iusta est, si ea subditis innotuit, ac reus

reus non alii quam sibi imputare potest, qui legem violauit. Non materia delicti ac poena, e componenda sunt, sed potius transgressio legis ac poena. Itaque, quod exemplum ipse *l. y.* habet, non feret & poenæ capitalis est proportio, sed neglectus & contemnus legislatoris ex transgressione legis punitur, qui contemnus etiam adest, cum lex prima vice violatur, et si, quando id altera vice fit, contemnus iam gradu aliquo et maiore exseritur, ubi de numeris poenarum capituli locum esse aliqui, at fine idonea ratione, contendunt. Ipsè Deus mortem temporalem non solum sed etiam æternam constituit in comeditionem de fructu arboris vetitæ, eo enim ipso omnia decalogi præcepta violata fuerunt, ceu singula invenientibus liquet. Itaque ad poenæ capitalis iustitiam sufficit, si ea subditis innotescit. Utitur imperans suo iure, qui poenam capituli etiam in leuiora delicta constituit. Hoc saltim contingere potest, ut aliquando Princeps tales leges erens, contra id, quod sui est officii, faciat, quia lex ferrari debet, cum sensu humanæ imbellitatis. Interim subditis iniuriam non infert, et tunc lex dici poterit non iniusta quidem esse ad subditos, action bona ad Legislatorem. Ad litteras Ziegler ad l. c. Nota 2.

VII.

i. De Legibus ceremonialibus supra verbo non aisse sufficit. Itaque nunc leges diuinæ positiæ vniuersales in gehere pro instituto huius partis considerandæ sunt. Quemadmodum etiam leges positivæ forenses sunt particulares

ac solos Iudeos obligarunt, ita vox ipsa ostendit, leges positivas vniuersales ab illis in hoc dif-
fere, quod ex omnes omnino obligant homines. Quemadmodum porro leges positivæ forenses
a lege naturali in hoc differunt, quod actus isti,
circa quos versantur, non habent necessariam
connexionem cum natura rationali, id quod in
lege naturæ obtinet, *Institutiones I. D. l. I. c. II. §.*
§ 24. Ita idem de legibus diuinis positivis vniuer-
salibus verum est. Itaque ut leges diuinæ foren-
ses, sic etiam leges positivæ vniuersales ex solo
DEi placito originem habent, ita ut DEus eas
leges vel plane non, vel aliter, præscribere po-
tuisset, si voluisse, atque etiam tollere. Atque
hæc etiam causa est, quæ Grotium mouit, ut eam
doctrinam hactenus parum cognitam in subsi-
dium vocauerit, quia vidit, dari leges, quæ non
sunt naturales, sed ex arbitratu diuino, quæ ta-
men non solos Iudeos sed omnes homines obli-
garent, unde non minus leges positivas vniuer-
sales quam leges positivas forenses a lege natu-
rali non potuit non separare *de I. B. ac P. l. I.*
c. I. §. 9. n. 2. 10. n. I. 2. 15. n. I. 2. de Imperio
sacrorum c. III. §. 15. Immiscuit tamen etiam er-
rorem, nouas leges a Christo in Nouo Testa-
mento latae esse. Ad verba Christi *Matth. XIX.*
4. ab initio non erat sic, responderet, saltim quid
optimum, egregium ac laudabile sit, proposi-
tum esse, aliter autem facere nefas non fuisse
de I. B. ac P. l. II. c. V. §. 9. n. 3. cum vero potestas
maritalis manifeste satis fundata sit in Veteri Te-
stamen-

stamento Gen. III. 16. locum istum plane omit-
tit, & ad Epb. V. 22. prouocat.

2. Quemadmodum etiam leges positivæ fo-
renses non sunt morales, ob rationem, quam
modo dixi, sicuti etiam expresse in iis distin-
guuntur, quæ sunt Iuris communis ac perpetui,
quæque omnes homines obligant, & ea quæ fo-
renses sunt, ad circumstantias Reipublicæ Iudai-
cæ accommodata, atque hinc eidem peculiaria
König Theologia Positiva Acroamatica p. 228. S.
681. sicut etiam leges diuinæ positivæ vniuersales
non sunt morales. Et omnino contradicatio-
nem inuoluit, legem esse positivam, & esse
moralem, cum hæc necessariam connexionem
cum natura rationali habeat, non illa, ceu iam
ante dictum est. Non tamen contradictoria
sunt, esse legem moralem, & esse in sacra scri-
ptura repetitam, quod etiam factum est *Exod.*
XX. 1-17. Dent. V. 5 - 21. neque etiam pugnat,
legem esse positivam, & esse legem vniuersalem.
Cum enim DEus iure Creationis in omnes ho-
mines imperium habeat, non minori iure leges
positivæ & voluntarias omnibus hominibus
præscribere potuit, quam ipsam legem naturæ
cordibus hominum indidit, inscripsit ac pro-
mulgauit, quamque populo sigillatim Israeli-
tico leges positivæ particulares præscripsit.

3. Doctores Scholasticos ad interesse cleri Pa-
palis stabiliendum multa retulisse ad leges mo-
rals, quæ tantum populum Iudaicum per mo-
dum legum obligarunt, traditur *Fundamentis I.*
N. 46 G. Cap. Proem. §. 13. Sed omnino verum
I. 2. est

est dari leges, quæ non quidem morales sunt, se-
positiuz, ac tamen non populum Iudaicum tan-
tum, sed omnes homines obligant. Quod au-
tem ad leges morales relatæ fuerint, id inde ei
quod differentia earum a legibus moralibus na-
satis perspecta fuit, cum tamen satis manifestu-
isset, eas leges omnes homines obligare, vnd
morales dictæ sunt, quia hæc omnes homines
obligant. Quod autem Scholastici ad interest
Cleri Papalis stabiliendum id fecisse dicuntur, in
quidem istis legibus impedimento non est. An
exemplis leges extruendas non sunt, sed nec de
exemplis, vsaque legitime siue abusu legum
diuinarum, leges ipsæ impugnari debent.

4. Etiam Theologi Lutherani hoc im-
mrale dixerunt, concedentes tamen simili-
us esse posituum *Scherzerum in System. loc. XVII*
§. 6. distinguere inter legem moralem & na-
turalem, quæ etiam diuinitus est indispensa-
bilis, & moralēm posituam, quæ humani-
tus solum est indispensabilis; & in eande
fententiam de legibus moralibus posituis scri-
bere *Dorfcb. in Theol. Moral. p. 4.* commemo-
Vir celeberrimus Henricus Klausing SS. Theol. D.
Legibus Diuinis positiuiss Universalibus Dissert. I. Apb.
I. §. 4. quibus duas adiecit M. Ioachimus Mællenbo-
quas Dissertationes postea omissis nominibus
legabo. *Chemnitius quoq; loco de Lege Desc. II. omni-*
homines illud obligare dicit, & esse pure mora-
docet, quicquid consentit cum notitiis naturali-
bus 2. & a Mose atque Prophetis ostenditur pe-
tinere ad omnes gentes 3. & in Nouo Testame-
to repetitur & præcipitur. Sed hi tamen ad vi-

ritatem paulatim proprius accesserunt quam Scholastici, non solum legem positivam expresse vocant, sed etiam legem moralēm, quando eam vocem legi positivæ universali iungunt, commodius & ad rem magis adpositæ accipiunt, hoc nempe sensu, quod ex leges ad religionem reuelatam ac præcepta religionis Christianæ pertinent, qua ratione etiam præcepta moralia ac religionis reuelataæ post lapsum latius patere dicuntur, quam Ius Naturæ, utpote quod in statu ante lapsum magis perfectum ac perspicuum fuit, qua de re supra dictum est. Itaque distinctione legis in moralēm, ceremonialēm ac forensem propter hanc etiam causam reiici non potest, quasi sub legum moralium termino misceatur lex diuina naturalis cum lege diuina positiva vniuersali *Institutiones L.D. Differt. trivam. §. 2. neque enim per se hoc consequitur ex distinctione ista, nisi errore hominum id fiat. neq; error hodie amplius obtinet, ceu iam dictum est.*

5. Criteria legis diuinæ positivæ vniuersalis data dicuntur *Institutionibus I. D. l. l. c. II. §. 122. seq. & c. IV. §. 79. Vide Fundamenta I. N. ac G. Cap. trivm. §. 14. Etiam Dissertatione citata Aphor. L. 3. dicitur, leges diuinæ positivæ uniuersales certis characteribus a lege naturali & positivæ diuina particulari distinctiones esse Institutionibus D.* Quod ad primum Institutionum locum attinet, vnum quidem legum harum indicium assertur, dicitur enim lex diuina positiva vniuersalis, quæ publicata fuit omnibus hominibus, et certe personis totum genus humanum repræ-

sentantibus l. c. §. 121. vt Adamo ac Noacho §. 123
 ac deinde l. II. c. I. §. 41. Altero loco tria requi-
 sita constituuntur, quorum duo cuicunque iuri
 positio communia dicuntur, scilicet I. vt actum
 præceptum esse aut prohibitum Scriptura indi-
 cit. Verum etiam legis moralis præcepta, tam
 affirmativa quam negativa, in Scriptura Sacra
 repetita sunt, vt iam ante obseruatum est. Fue-
 runt etiam leges positivæ vniuersales ante co-
 gnitæ, quam a Mose confignatæ fuerunt, quip-
 pe Adamo eas ac Noacho datas esse, iam memo-
 ratum est. Potuerunt igitur leges istæ a Maio-
 ribus ad posteros propagari. Vide Dissertationem
citatam & quidem tertiam initio. Abimelech fane
 Rex Philisteorum negavit sororem Isaaci esse
 quam vxorem eius esse cognouerat Gen. XXVI
 8. 9. Poterit tamen id requisitum ad hæc tem-
 pora locum habere. Additur alterum 2. vt is
 actus ex socialitate deduci non possit, vel si quis
 malit, ex natura rationali, quæ & religiosa est,
 & sui conseruationi studens & socialis. Nisi id
 locum inueniat, tum vero lex positiva non
 adest, sed moralis. Subiicitur requisitum
 tertium, quod iuri positivo vniuersali pe-
 culiare est, nempe 3. vt Scriptura indicet
 legem istam DEI pertinere ad omnes homi-
 nes. Nam alioqui lex positiva particularis est.
 Hic vero demum exponendum est, qua ratione
 Scriptura Sacra id indicauerit, seu quibus cri-
 teriis id ex ea cognoscatur, ne vel lex positiva
 particularis pro vniuersali, vellex positiva vni-
 uersalis pro particulari habeatur, unde etiam
 differ-

dissertatione citata prima *Apbor.* I. §. 3. adiecta sunt criteria ista.

6. Existimauerim igitur manifestum fore, *Grotio* suum hic non tribui. Is enim ut verbis eius in *Prolegom.* n. 32. de ordine operis sui *de I. B. ac P.* adhibitis, utar, re ipsa potius quam verbis criteria iuris diuini positui vniuersalis ostendit. Ad hoc ius enim refert leges, quæ statim post mundum conditum vel post diluvium, adeoque hominibus omnibus, vel iis, qui eos repræsentantur, datæ fuerunt *I. I. c. I. §. 15. n. 2.* quarum rationes vniuersales sunt, ut in pœna homicidii *I. I. c. II. §. 5. n. 9.* aliisque, quæ denique in Nouo Testamento repetitæ sunt, ut de potestate maritali *I. II. c. V. §. 8. n. 1.* Non possunt sane Notæ huius iuris clarus dari, adeoque *Grotio* ex adscribendæ sunt.

7. Ius hoc figmentum vocatur *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proæm. §. 16.* atque † ab iis saltim defendi dicitur, qui ignari sunt, quomodo eo remote lacunas istas, quas Doctores haec tenus lege positiva vniuersali explere volebant, expleant. Cuncta, ob quæ haec tenus leges illæ in subsidium vocatæ fuerint, planissime explicari posse. Verum cum legumistarum impugnatores, omnes difficultates, ob quas Doctores ius diuinum positivum vniuersale inuenient, alia ratione expedituros se profiteantur, eo ipso leges istas dari concedunt. Neque vero aliam ob rationem leges istæ ab aliis legibus distinctæ sunt, quam ob hanc, quod actus eorum iure naturæ non sunt præcepti aut vetiti, cum tamen ad

omnes homines eas pertinere ex Scriptura Sacra appareret. Quæ vero leges tales sunt, ex alia ratione demonstrari ac defendi non possunt.

8. Ibidem *Vir Celeberrimus Buddens*, qui ex lege naturæ doctrinam istam repetere voluit, eam antea intricatam non soluisse, sed intricatiorem reddidisse dicitur, qua de re ibi prolixe disputata videri possunt. Ego hic saltim pauca adponam, quæ *Dissertatione ante citam eaque tertia initio* habentur, nimirum refertur, leges alias dici absolutas, alias hypotheticas. Illas stricto sensu leges esse, eoque pertinere naturalem moralem: has vero certum institutum supponere. Et huc referri legem de arbore vetita, matrimonio, Sabbatho, item Sacra menta Veteris & Novi Testamenti. Respondetur autem 1. quæ ratione leges absolute sumantur, non apparere, cum leges ceremoniales ad eas relatae fuerint. 2. Institutum, cuius fit mentio, & que omnibus hominibus innotescere necessum fuisse, quam leges positivas uniuersales, adeoque videri eo ipso promulgationem concedi, quam non apparere antea obiectum erat, ad quod etiam hic iam antearesponsum est. 3. Cum ad instituta ista observanda lege obstringamus, & vero Sacra menta Novi Testamenti illuc & iam pertineant, Saluatorem nos noua lege ad noua Sacra menta in N. T. adstrinxisse, nouasque adeo leges condidisse, A qua tamen sententia Celeberrimum Authorem alienum esse, libenter conceditur.

9. Eodem Capite Proœmiali leges istæ dicuntur tantum populum Iudaicum per modum legum

gusa obligasse, et si intuitu aliorum gentium nonnulla ex illis ad regulas honesti vel decori referri posserint. Quamuis vero leges diuinae positivæ vniuersales Iudeos simul obligauerint, siquidem quæ leges vniuersales sunt, omnesque homines ex voluntate divina obligant, non paſſunt non ad Iudeos simul pertinere, ut quib[us] hominibus omnibus comprehenduntur, quamquam contra leges particulares solos Iudeos obligauerint, non reliquos homines ob deficien-tem voluntatem iussumque Dei; admitti tamen non potest, leges positivæ vniuersales solos Iudeos per modum legum obligasse & particulares esse, cum idoneis rationibus demonstrari possit, perinde eas genus humanum omne obligare agentem Iudaicam, adeoque voluntas Dei mani-festa sit.

10. Potest aliquando de voluntate Dei dubitari, vbi de potestate minime dubitatur, vt de Polygynia Patriarcharum, vtrum Deus ibi dispensauerit, ceu facere omnino potuit, quia prohibitio eius non moralis est sed positiva & simpliciter voluntaria seu arbitratia; vbi autem de voluntate Dei certo constat, de potestate eius dubitari non debet, siquidem voluntas eius sanctitati & iustitiae eius repugnare non potest. Itaque cum in legibus diuiniis positivis vniuersalibus de voluntate Dei res manifesta sit, de iure ac potestate eius pariter dubium subesse nequit, si quidem Deo tantum iuris est in totum genus hu-manum, quam in singulos populos & homines, cum omnes homines sint Creaturæ Dei. Quemadmodum

admodum igitur conceditur leges istas populum Iudaicum per modum legum obligasse, sive easdem omnes homines per modum legum obligasse eo ipso conceditur, non enim minus ad certos homines quam ad Iudeos eas pertinere, certis rationibus probari potest. Quemadmodum etiam de lege naturali demonstratum est, eam esse veram legem, ita iisdem rationibus intelligi potest, etiam leges diuinas positivas vniuersales esse veras leges, non autem leges aequiuocae ac sensu abusivo tales, quales leges figmentum potius dicendae sunt quam leges positivae vniuersales. Sed nolo plura hic addere, siquidem iam supra eam doctrinam ob hanc etiam rationem præcepimus, quia usus illius hic occurrit. Quæ *Dissertatione diuina eaque prima* huc pertinent, ea legi possunt *Aphor. I. §. 5. & Aphor. II. §. 3.*

II. Sed etiam ad regulas honesti vel decori leges positivæ vniuersales referrine queunt, seu supra iam ostensum est, cum de methodo nova Fundamentorum horum I. N. ac G. exponeretur, atque etiam amplius nunc ostendetur. Itaque ex duabus sententiis, quarum altera in Institutionibus I. D. altera in Fundamentis I. N. ac G. proponitur, non posterior, quod fieri solet, sed prior est melior atque vetior. Manifestum hoc est ex ipsa *Dissertatione Proæmiali ad Institutiones I. D. §. 20.* vbi necessum esse dicitur, sine ope legis cuiusdam vniuersalis, quæ simul positiva sit, orthodoxas sententias de turpitudine Polygamia, prohibitione incestus &c. vel miserando more contra aduersarios earundem prostituere, vel

vel abstinere a decisione grauisimarum atque
vtilissimarum controuersiarum. Itaque con-
ceditur, quæ legibus diuinis positius vniuersali-
bus traduntur, alia ratione explicari, suppleti
ac defendi non posse, sed sine illis profitui aut
deferi, negari ac tolli, quod fieri non debet,
cum legibus diuinis obsequendum sit.

12. Etiam *Dissertatione dicta & quidem prima*
Apbor. I. §. 6. dicuntur Auctores, qui docent, hu-
iusmodi leges admittendas non esse, tot tamenque
difficultatibus se implicare, vt inde se ipsosexpe-
dire nequeant. Vtilitas huius doctrinæ contra-
rio §. 6. maxima dicitur, & exferere se se poti-
simum in exponendis & componendis contro-
versiis longe difficillimis, de legibus Paradi-
fiacis, de peccato primorum nostrorum Paren-
tum posteris omnibus imputato, de Polygamia,
de Sabbatho, de gradibus lege diuina prohibi-
tis, & multis rebus aliis. Positis enim legibus
bis, tum vero facillime conuinci posse omnes,
qui de peccato originis, de gradibus prohibitis,
de Polygamia, de Sabbatho ac ceteris huc refe-
rendis rebus, errores souent ac pertinaci-
ter defendunt.

PARS

PARS TERTIA,
EAQVE SPECIALISSIMA
DE
LEGIBVS DIVINIS
POSITIVIS VNIVERSA-
LIBVS.

I.

Cum haec tenus non solum generatim de lege, de legibus diuinis, sed in his etiam de positivis iisdemque vniuersalibus explicatum sit, nunc demum peruenimus ad leges has sigillatim demonstrandas & vindicandas. Diuiduntur autem *Differentias dicta eaque prima Apbor. IV. §. 2.* ratione durationis & obligationis in perpetuas & non perpetuas : Illæ ita diuinitus latæ dicuntur, vt semper omnes homines obligarent, qualis v. c. est lex de ducenda in matrimonium vxore vna; hæc vero ita datæ, vt omnes obligarent homines, quousque vellet, qualis est lex de Sabbatho septimo die celebrando. Et hæc distinctio supra iam memorata est.

2. Subiicitur vero l. c. adhuc alia, per quam scilicet ratione originis specialioris diuiduntur in eas, quas ante lapsum, & eas, quas post lapsum Deus dedit. Ad illas pertinere dicuntur, verbi causa, lex de ducenda in matrimonium uxore vna, lex de non comedendo ex arbore vetita, lex de Sabbatho septimo quovis die celebrando

brando &c.; ad has refertur lex de supplicio homicidæ, lex non quidem de omnibus, attamen de quibusdam gradibus prohibitis & similes. Omittit aliam distinctionem, quod vel pœnales sunt, vel non-pœnales.

3. *Infringentibus I. D. l. l. c. II. §. 123.* non solum Adamo præceptum de arbore vetita datum dicitur, & de Polygamia ac diuortio vitandis in primaria coniugii institutione, sed & Noacho inculcatum fuisse de puniendo capitaliter homicida & vitando esu sanguinis. Vnde simul apparet, non omne ius positivum intuitu publicationis humanum esse, i. e. mediantibus aliis hominibus aliis publicatum & reuelatum *Fundamenta I. N. ac G. l. l. c. V. §. 22.* Enim uero Deus ipse Adamo & Noacho leges positiuas per se & immedia te dedit. Neque vero eius rei cognitio ad Theologiam remittenda est in Iurisprudentia, ut propte ad quam omnes leges etiam diuinæ pertinent §. 1. *I. de Iust. & Iur.*

4. Quod rationem harum legum attinet, in genere dici potest, eas in utilitatem generis humani latae esse. Quæ iuris naturalis sunt, ea & vere & in uniuersum & in perpetuum utilia sunt, *Grotius de I. B. ac P. Prolegom. n. 18.* Ius quoque forense ad circumstantias Reipublicæ Iudaicæ, adeoque in utilitatem eius a Deo attemperatam fuit. Itaque idem de legibus positiviis uniuersalibus verum erit. Et quæ his legibus præcipiuntur aut vetantur, ea iure Naturæ etiam suadentur aut disuadentur, ceu in singulis legibus dicetur. Denique Deus ac natura nihil fru stra

stra faciunt. Possunt tamen Deo pro sapientia eius rationes esse, quæ nobis incognitæ sunt *Institutiones I. D. I. III. c. VII. §. 131.* Nobis sufficere debet voluntas Dei, qui ea Iura nobis dedit, cum etiam in legibus humanis; quæ de rebus arbitrio humano relictis feruntur, voluntas Princeps clementissima pro ratione subiici soleat, & tametsi id adiectum non sit, pro ratione sit ac sufficiat.

II.

1. Paucis igitur lex de fructu arboris vetitæ exponenda est, quamquam enim ea sit Paradisia-
ca, non tamen hac tractatione omitti debet, vt
doctrina hæc eo plenius ac facilius percipi possit.
Est hæc lex I. positiva, quia non agit de actu
per se malo, qui naturæ hominis rationali neces-
fario repugnat *Institutiones I. D. I. I. c. II. §. 123.*
124. adeoque hominibus primis non potuit ea
esse nota, qui potius, si prohibitio diuina non
accesisset, non poterant non pro re licita habe-
re comedionem de fructu arboris vetitæ. Ac-
cessit autem prohibitio diuina, vt DEus homi-
nes probaret, eorundemque libertatem arctius
constringeret, atq; a transgressione legis natu-
ralis longissime arceret, & quæ forte sunt plu-
res causæ nobis incognitæ. Est eadem lex 2.
vniuersalis, quia DEus eam ferendo allocutus
est Adamum tanquam caput generis humani,
comminando ipsi & toti eius posteritati pœnam,
mortem scilicet tam temporalem quam æternam
Gen. III. 3. Rom. V. 12.

2. In hac etiam lege cernitur iam usus distin-
ctionis,

Etionis, quā leges diuinæ positiæ vniuersales sunt ratione subiecti tantum, vel etiam ratione temporis. Enim uero lex hac vniuersalis est ratione subiecti, ut modo demonstratum est, at non ratione temporis, siquidem lata est a DEO, ut obligaret homines in statu integro, quo primi Parentes exciderunt per transgressionem legis istius, quo facto lex naturæ omniaque Decalogi præcepta violata fuerunt, quod vel hac ratione intelligi potest, si quis tria legis moralis obiecta, Deum, se ipsum aliosque homines cogitet, s' preuerunt enim Deum Legislatorem mandato eius violato Gen. III. II. sibi autem ipsis mortem temporalem & æternam attraxerunt Gen. II. 17. III. 19. eiusdemque in posteris omnibus causa extiterunt. Rom. V. 12. Diu etiam arboreta periit. Si vero extaret, maxima hominum pars, pro præsenti statu post lapsum, eam obseruare non possent, vt pote longissime ab ea disisi. Videri hæc omnia possunt plenius Dissertatione citata eaque altera Aphor. II.

III.

I. Fit etiam *Institutionibus I. D. I. II. c. II. §. 42.* mentio Sacrificiorum, eademque *Dissertatione citata* § quidem tercia Aphor. VIII. indeterminate spectata ad Ius Naturæ referuntur, quod constituit gratiarum actio soluenda pro multis beneficiis in hominem a DEO collatis, adeoque ex viuis animantibus, quibus sustentamur, primicias Deo offerre, cur non dictaret ratio? Verum tametsi gratiarum actio est Iuris Naturalis Rom. 4. 21. non tamen modus gratitudinis, est a natura

tura cognitus, cum ratio perspicere non posset, taleti animalium mactationem DEO gratam fore, imo necessario contra non potuit non censere, Deo minime id acceptum sed potius aduersum fore. Ratio sane ista, propter quam Sacrificia DEO gratissima fuere; nempe fides in Seruatorem Gen. IV. 4. Ebr. XI. 4. nonnisi ex reuelatione cognita est, siquidem redemptio generis humani ex miseratione diuina profecta est, & ex reuelatione innotuit. Itaque etiam Sacrificia ista ex reuelatione ac lege diuina originem habent, quam post lapsum demum datum esse, iam pater simul. Cumq; Deus de Sacrificiis postea multa ordinauerit, apparet, ante quoque ipsum ea præcepisse. Denique Deus cultum electum non probat adeoque nec confirmat. Ex quibus omnibus edocemur, Sacrificia ex libera Dei voluntate præscripta esse, atque ad leges diuinias positivas & ceremoniales pertinere.

2. Itaque ad sententiam allatam confirmandum nihil facit, quod additur, quosdam olim ad mandatum Principis seipso latto animo præcipites dedisse, ac gentes hominem immolare soletas fuisse, vt felicem coeptorum sibi polliceri possent progressum, hoc enim utrumque ad rationem corruptam pertinet. De tormentis in bonorem legum explodendis, similibusque, ac de leonibus, vris, vulpibus aliisque animalibus, quæ commissa se inuicem deuorant & consumuntur, vt igne destructo haud absimile videatur, ad Sacrificia ex animalibus offerenda recte

recte non concluditur. Itaque ratio quidem Sacrificia non dicitat.

3, Ritus, modus sacrificandi determinatio animalium immolandorum ex lege Dei positiva &c. deriuatur. Habetur etiam pro vniuersali, cuius rei is sensus locum habere potest, quod omnes homines ductu legis naturalis religionem veram inquirere & amplecti debuerunt, ac modum saluandi cognoscere, qua ratione legem hanc, vt alias positivas, simul cognoscere & cognitam obseruare debuissent; cui ductui fama etiam de cœtu, in quo verus Dei cultus obtineret, accesfit, quod enim & gentiles, vt subiicitur, pro se sacrificari curarint, id ipsum non aliunde est, quam ex imitatione Iudeorum, cum religio vera sit antiquissima, ac Deus, ceu iam monitum est, cultum electitum in Scriptura Sacra improbet, adeoque nihil a gentilibus desumserit in cultu diuino peragendum, sed potius hi Iudeos imitati fuerint. Si igitur Sacrificia ex cultu electitio profecta fuissent, non permisisset ea Deus, quia cultum talem ubique improbat. Ipse potius ea præscripsit, vt libris Mosis edocemur. Esse autem mala, vti additur, quæ Deus permittit, hoc de permissione minus plena verum est, qua permittit Deus quæ sunt contra Ius Naturæ, quia malum tolli nequit; non autem verum est de permissione plena, qua permittit Deus, quæ saltim contra legem eius positivam sunt, qua ratione peccatum non committitur ab Iis, quos Deus a lege tali exemisit. Sacrificia apparet, vt omnia ceremonialia, cum

X

umbra

vmbra fuerint futurorum, in Nono Testamento desierunt, adeoque lex de Sacrificiis non amplius obligat.

IV.

1. Similiter *Institutionibus I. D. l.c.* mentio de interdicto esu sanguinis *Gen. IX. 4.* Est haec lex I. Positiua, quia ratio non perspicit quid quam obstat, quo minus sanguinem in cibis parare liceat eodemque vesci. Est eadem lex Universalis, quia data est Noacho omnes homines representanti. Itaque pater etiam, eam post diluvium datam esse. Quamquam vero haec lex vniuersalis fit ratione subiecti, non tamen vniuersalis estratione temporis seu non est perpetua. Legem enim hanc in Nouo Testamento non amplius obligare manifeste docent. *Matt. XV. II. I. Tim. IV. 5. Col. II. 16.*

2. Contrarium igitur *Dissertatione etiatis eiusdemque tertia Apbor. IX.* frustra assertur. Obiicitur quidem placuisse Spiritui Sancto & Apostolis *Act. XV. 28. 29. XXI. 25.* ut gentiles conuersi ab esu sanguinis abstinerent, sed hoc factum est saltim propter Iudeos infirmos, qui lege ceremoniali se se adhuc adstrictos putabant. His igitur scandalo fuisse, si gentiles sanguine vesci voluissent, adeoque propagatio Euangeliū impedita fuisset, quod fieri non debebat. Postquam ea ratio cessauit, nec Iudei Euangelium amplius receperunt, ex eo tempore interdictum istud quoque cessauit.

3. Additur, ita abstinentiam esse sanguine & suffocato, prout abstinentiam est abiis, quæ simul-

mulacris immolantur. Verum his etiam salua conscientia vesci licuit *i. Cor. IX. 8.*, *Rom. XIV. 21.* pariter saltim, abstinentium fuit, si infirmis scandalum daretur *Rom. XIV. 15. 21. i. Cor. IX. 10. II. 12. 13. X. 23-30.* quorum si quis vesceretur iis, perire dicitur *i. Cor. IX. 10. 11.* non quod illicitum sit hoc facere, ceu *i. e.* contenditur, sed quia talis contra conscientiam ficeret *Rom. XIV. 23. i. Cor. X. 28-33.* adeoque propositum haberet violanditatem Dei, quam, et si erronee, adesse putat.

4. Subiicitur, scortationem ab omni semper esse vitandam, ergo & esum sanguinis. Verum scortatio lege morali prohibetur, quæ perpetua est & immutabilis, esus sanguinis autem Iege positiva, quæ in Nouo Testamento non obligat, ceu multis Noui Testamenti testimoniosis constat.

5. Potro traditur, nihil ceremonialis aut typici demonstrari posse, nec ullum usum videri, si inter leges forenses numeretur. At sufficit voluntate Dei eam legem in Veteri Testamento homines obligauisse, at non in Nouo Testamento, positiuam enim legem DEus tollere, mutare & ad tempus arbitrio suo constituere potest.

6. Quod denique auctoritatem humanam attinet, ut omittam, ex infirma conscientia ritum istum retentum ab aliquibus fuisse, ea veritate in Scriptura Noui Testamenti manifeste propositæ opponi non potest. Neque enim mandatum diuinum Veteris Testamenti in Nouo Testamento amplius obligat, Apostolicum au-

tem interdictum ad tempus saltem durauit adeoque ad hæc duo Leonis Imperioris Nouellæ LVIII. quæ nec recepta est, frustra prouocat Addatur Grotius de Imperio Sacrorum c. IV. §. 8.

V.

1. Ceteras nunc leges eo ordine exponam, quæ in Fundamentis I. N. ac G. reperitur. Excipit igitur lex de Sabbatho. Ut autem res rectius intellegatur, distinctius res proponenda est. Et autem cultus Dei partim internus, partim externus. Ille in amore DEI ac timore ac spe in eundem consistit, quo de agitur *Institutionibus D. L. II. c. I. §. 5.* Quod cultum externum attinet, negatur ibidem ex dictamine rectæ rationis eum deduci posse. Distinguitur inter id quod condignum est Deo §. 9. licitum, indifferens, conueniens & consultum, quod suadetur ac melius est, & inter præceptum. Prior omnia conceduntur, at negatur cultum DEI externum iure naturæ præceptum esse. Ea igitur de re nunc videndum est.

2. Ad demonstrandum autem, cultum externum iure naturæ non esse indifferentem, aut saltem suaderi, sed omnino præcipi, non aliis argumentis utar, quam quæ in ipsis Institutionibus I. D. suppeditantur, quæ deinde ex Scripturæ Sacra illustrabo & confirmabo. Dicitur cultus internus §. 4. præsuppositum cultus externi. Quemadmodum autem cultus externus datur & concipi non posset, si cultus internus in hominē abesset, unde etiam cultus externus verus non est, si homo reverentia Dei interna ac timor

more careat, quod quidem recte monetur §. 17. sic vice versa cultus externus cultus interni necessarium consequens est, ut adeoque homo frustra gloriaretur de cultu Dei interno, si quidem cultum externum non coniungeret. Debemus Parenibus, Magistratibus, Regibus, Doctoribus reuerentiam & honorem. Nemo vero dixerit, sufficere, si subiecti dicere vellent, reuerentiam sibi eorum in animis esse, sed omnino opus est, ut honor externe ostendatur. Multo minus igitur sufficere potest, obtendere, sese Deum interna animi reuerentia prosequi, sed ea omnino manifestanda est.

3. Dicitur quidem Deus §. 12. cultu exteriore non indigere. Verum eadem argumentatione cultus Dei internus impugnari posset, neq; enim Deus hoc magis indigeret quam cultu externo. Conceditur autem cultum Dei internum iure naturæ requiri. Itaque ratio ista contra cultum etiam externum frustra opponitur. Cumque hac responsione cetera argumenta contra cultum DEI externum prolata satis refelli possint, non opus est ea omnia hic commemorare. Additur §. 13. beatitudinem temporalem per omissionem actionum externalium directe non laeti, modo cultus internus non tollatur. Verum cum omisso cultu externo alii aliis fidere non possent, qua ratione respublica nulla salua esse posset, manifestum est, non solum ob religionem ipsam atque honorem Deo debitum, sed etiam ob salutem Reipublicæ, cultum externum esse necessarium. In Fundamen-

K 3 · · · sis

is I. N. ac G. iustum stricte dictum eo pertinere dicitur, ne pax ciuilis turbetur. Hzc vero toleretur, si Deus non esset colendus etiam cultu externo, tuac enim nemo obligatus esset ad leges in Republica seruandas & iustitiam erga alios exercendam. Cultus Dei externus indirectus legum homines respicientium obseruantia Deo exhibetur, quaz verba sunt Titii ad Pafendorfum de O. H. & C. obseru. los.

4. Distinguuntur §. 14. actiones externæ bonæ ab actionibus externis malis. Illæ dicuntur iuri Naturali non esse, has autem, vt blasphemiam & contemptum DEI, & quidquid cultui interno est aduersum, sive intra animum retentum sive actionibus exterioribus declaratum, pugnare cum recta ratione, quia pugnat cum cultu Dei interno. Verum si actiones externæ male dantur & interdictæ, dantur etiam actiones externæ bonæ & præceptæ, contrariorum enim contraria est ratio. Enim uero ut leges affirmatiæ continent prohibitionem contrarii, sic etiam leges negatiæ continent iussionem contrarii. Cum igitur concedatur, iure naturali vetitum esse, Deum actionibus etiam exterioribus contemnere, eundem blasphemare, manifestum est & conceditur eo ipso, iure naturali etiam præceptum esse, ut Deum actionibus exterioribus honoremus ac glorificemus. Namq; si haec actiones præceptæ non essent, sed indiferentes, illæ quoque interdictæ non essent, sed indiferentes, quicquid enim indifferens est, vt nubere, conuiuari, ludere, saltare, eius contra-

trarium quoque est indifferens, ut non nubere, non coniuari, non ludere, non saltare. Ita vero omnis religio naturalis per eam doctrinam tolleretur, ac res ad cultum quendam internuna fictitium, ut qui sine significatione aliqua externa subsistere posse, reduceretur. Verum cum actiones externæ malæ iure naturæ interdictæ dicantur, adeoque non sint indifferentes, hoc ipso satis manifestum sit, actiones externas bonas eodem iure preceptas esse, adeoque cultum externum ex dictamine rationis omnino fluere. Atque hactenus dicta, vel ex altero Decalogi Precepto nota sunt.

5. Consensus hac parte gentilium, qui cultum hunc debitum esse inculcarunt, & quod nulla datur res publica, in qua non aliquis externus Dei cultus vigeat §. 20. 21, hoc omnino certissimum est indicium legis naturalis, ut quæ satis ostendit, Deum colendum esse etiam cultu externo, non solum propter ipsum Deum, sed etiam ob salutem reipublicæ, ceu hactenus demonstratum est. Quod autem felicitas Rerum publicarum, quæ est finis secundarius cultus diuini seu religionis naturalis, pro principali arripi non debet, id quidem §. 22. recte monetur, verum tamen non obstat veritati, cultum Dei externum iure naturæ præcipi, qui enim eum finem ut primarium spectarunt, si non nisi per abusum hoc fecerunt. Cultus Dei necessarius est propter ipsum Deum ac religionem naturalem, deinde ad salutem reipublicæ conservandam.

6. Frustra obiicitur §. 23. utilitatem singulare
K 4 rum

rum Rerum publicarum normam cultus diuini esse , si beatitudo Rerum publicarum genuinus cultus diuini finis foret. Namque hoc tunc de sum verum foret , si felicitas Rerum publicarum finis primarius esset cultus diuini , quemadmodum non alii Reges eam normam cultus divini constituerunt , quam qui religione pro regnandi instrumento abusi ex fine secundario fecerunt primarium , sicut Ieroboam , diuisione regni a Salomonis morte facta , metuens ne populus , si Hierosolymam cultus diuini causa adiret , ad pristinum Dominum reueteretur , iure suoabus religionem statu innexuit ; duos vitulos aureos conflauit , ac Sacerdotes constituit ex infamis plebis , qui non erant ex filiis Levi , quae omnia erant contra religionem naturalem ac normam cultus diuini a Deo reuelatam . 1. Reg. XII. 26-33. Quaz iam respondi , eadem etiam leguntur *Institutionibus I. D. & III. c. VI. §. 149. 150.* vbi ad eandem obiectionem respondeatur , adeoq; re ipsa eadem res agitur .

7. Quod declaratio reuerentiae erga Deum per signa exteriora sapissime fallit , propterea non magis cultus Dei ob salutem Republicæ , quam ob ipsam religionem naturalem & reuerentiam erga Deum necessarius esse definit. Neque etiam quod religio naturalis ad beatitudinem æternam post lapsum consequendam non sufficit , ut obiicitur §. 24. propterea negari potest , quamquam enim salvifica non sit , est tamen vera , vt conceditur §. 34. Debet igitur esse manu ductio ad inquirendum veram Dei colendi rationem .

nem. Cultus Dei iure Naturæ præceptus est, de modo quoque ratio non multa quidem, sed tamen non etiam nihil, sed aliqua nouit. Quantum autem ratio de modo cultus dictat, nempe Deum esse honorandum, esse ei gratias agendas, hoc ad cultum electitum non pertinet, quem Deo non placere §. 27. recte monetur, est enim religio naturalis vera §. 33. adeoque religio, quantum de cultu externo accipitur, non est omnia reuelata, quod §. 37. frustra dicitur, neque religio naturalis hoc sensu figmentum semper est aut species falsæ religionis §. 39. nisi commenta hominum vitio acceſſerint. Quod de cultu electitio dictum est, inde etiam patet, quod §. 28. habetur, Deum in praescribendo cultum a gentilibus nihil desumptisse, sed potius gentiles a Deo instituta imitatos fuisse, cum etiam religio vera falsis religionibus antiquior sit, verissimum enim quodque non potest non esse antiquissimum simul, & antiquissimum quodque non potest non esse verissimum simul.

8. Cultum Dei externum iure Naturæ præceptum esse, inde quoque patet, quod in lege de Sabbatho aliud morale dicitur, aliud ceremoniale §. 43. Etenim si cultus externus, iure Naturæ præceptus non esset, non posset quidquam in lege ista esse morale, sunt enim Decalogi præcepta ex ipsa lege naturæ repetita. At vero quoniam agnoscitur, esse aliquid morale in ista lege, eo ipso conceditur, cultum externum Iuris Naturalis esse. Si vero id forte nondum agnitum nec concessum est, prima legis

tabula hoc ostendet. Namque Praecepto Decalogi primo iubemur Deum colere interne, altero externe, tertio etiam publice. Itaque cum sex naturalis ac moralis figuratum dicta ad substantiam earum una eademque sit, manifestissime apparet, debere homines Deum iure naturae, non solum interne, sed etiam externe, immo non externe solum sed etiam publice colere, tantum abest, ut cultus Dei externus iure naturali praeceptus non sit.

9. Quia praecepti in decalogo alterius mentio incidit, subit animum memoria aliis argumenti ex I. II. & IX. §. 74. 75. vnde pariter probari potest, cultum Dei externum iure naturae esse praeceptum. Enim uero quisque ad iurandum, vbi opus fuerit, lege naturae obligatur, iuramentum autem est species cultus diuini, cum iurantes ita testentur de omniscientia, omnipotencia & iustitia Dei, vnde frustra aliqui negant, iuramentum esse partem cultus diuini, quibus hoc guidem concedendum est, votum aliquod Deo factum eo non contineri, quod velex ipsa iuramenti definitione intelligi potest, vbi Deum ut testem & vindicem inuocari ostenditur. Nihilominus certum est, iuramentum ad cultum Dei pertinere. Vnde pariter apparet, cultum externum esse iuris naturalis.

10. In *Appendice ad librum II. Institutionum I. D.* p. 376. ad Rom. I. 21. respondeatur, Apostolum contra eos disputare, qui cultum externum iuri naturali etiam repugnantem adhiberent, & idolatria maxime irrationabili se commacularent.

Quz

Quæ responso non potest intelligi, nisi ex *Institutionibus I. D. I. II. c. II. §. 14.* ubi actiones externæ malæ iuri naturæ repugnare dicuntur, vt tandem contendatur, actiones externæ bonas non esse præceptas. Quemadmodum autem hoc modo refutatum est, ita inde etiam quod nunc propositum est, refutatum intelligitur. Namque si Apostolus gentiles reprehendit ob idolatriam, eamque docet repugnare iuri naturæ, perque eam veritatem Dei in mandatum commutatam esse, eo ipso docet, cultum Dei externum, etiam iure naturali præceptum esse, quatenus ex eo iure cognosci post lapsum potest, adeoque verus est, qua de re modo dictum est. Imo eo ipso Apostolus ostendit, etiam publicum Dei cultum verum iure naturæ exigi, vt qui idolatriæ falsoque cultui oppositus est, qua de re postea dicetur.

II. In *Fundamentis I. N. ac G. L. II. c. I. §. 20.* cultus Dei externus negatur pertinere ad regulas iusti naturalis, quod stricte eo saltim pertinere dicitur, ne pax civilis turbetur. Sed contrarium iam ostensum est, cum sine eo non possint leges ad salutem reipublicæ pertinentes obseruari. Hoc tamen verum est, si negetur cultus Dei externus ad religionem naturalem spectare, idemque ex iusto stricte dicto repetatur, ad quod omnino necessarius est, tum vero finem religionis secundarium commutari in finem primarium, idque multo magis, si ad regulas honesti ac decori referatur, vt quibus nobis ipsis obligati

gari dicimur. *Fundamentis I. N. ac G. I. I.c. V. §. 24.*
 Quo ipso etiam res felicius expediri non potest,
 siquidem hoc saltim per ea docetur, cultum ex-
 ternum Iure naturæ suaderi, quod etiam *Institu-
 tionibus I. D.* iam concessum fuit. Quæ enim Iure
 naturæ saltim suadentur, ea præcepta non esse
 manifestum est, adeoq; sententia mutata non est,
 quod etiam expresse additum est. Ita vero frustra
 etiam *I. c.* dicitur officium ex dictamine rationis
 demonstrabile. Si enim tale est officium, omnino
 conceditur, cultum externum Iure Naturæ præ-
 ceptum esse. Frustra igitur officium vocatur, quia
 negatur, cultum externum lege naturali requiri.
 Simul apparet in noua methodo legem naturæ
 tradendi per principia honesti, iusti ac decori,
 ingentem defectum esse ex omissis pietatis ac re-
 ligionis naturalis præceptis, quæ etiam alii me-
 thodum istam secuti addiderunt, ceu supra ob-
 seruatum est.

12. Satis iam cultum DEi externum ex lege
 naturali demonstratum arbitror. Fiet autem
 hoc magis etiam planum ac perspicuum, si Apo-
 stoli testimonium addam & ita doctrinam Iuris
 Naturalis illustrem & confirmem. Enim uero
 gentiles, qui ratione sibi soli relieta vtuntur,
 DEum cognouisse dicit, at non glorificasse eum-
 dem aut eidem gratias egisse *Rom. I. 25.* Itaque
 non solum improbat Idololatriam, de qua est
vers. 23. 25. qua de re iam dictum est, sed hoc
 etiam improbat, quod Deum, quem cognoverunt,
 non honorarunt, nec gratias ei egerunt. Docet
 ita simul, modum etiam Dei externe colendi ali-
 qua-

quatenus ex sola ratione innotescere, nempe cerebrationem eius ac gratiarum actionem, cunctam DEi colendi modum ex sola ratione cognitum non pertinere ad cultum electitum, aut falsam religionem, sed esse vetam DEi colendi rationem verumque cultum; denique homines sola ratione videntes ad eum cultum lege naturae obligari, etiam in statu corrupto post lapsum *Institutionibus I. D. I. II. c. II. §. 13. lit. b.* ad quem locum etiam videri potest. *Gen. II. 2. 15. 17.* tametsi idem gentiles a republica Israelis alienatos esse doceat *Eph. II. 12.* & salus ex Iudeis sit. *Ioan. IV. 22. vñ,* de religio naturalis vera omnino est, etsi non sit salutifica. Qua ratione omnia argumenta, quæ contra cultum externum prolatæ sunt, una vice corruntur. Apparet hinc, ut hoc obiter addam, quam difficilis aliquando in jurisprudentia etiam cum iustis res foret, nisi veritates necessariae in Scriptura Sacra repetitæ fuissent, quod etiam exemplo Majestatis eiusque originis immediate diuinæ supra intellectum est.

13. Patet ex iisdem Apostoli verbis, etiam cultum DEi externum publicum Jure Naturæ principi. Enimvero Apostolus simpliciter docet, DEum a gentilibus sola ratione videntibus glorificandum, eidemque gratias agendas esse, atque in eis, quod hoc facere neglexerint, reprehendit nullo discrimine facto inter cultum internum & externum, eidemque etiam publicum. Imo publice DEus quam maxime honori potest, tantum abest, ut Apostolus cultum externum publicum exclusum voluerit. Addit. qui

qui idololatriam exercuerunt, seu gloriam DEI incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominum & volucrum, & quadrupedum & reptilium mutauerunt, eos veritatem DEI commutasse in mendacium, & coluisse & seruisse creaturæ præter creatorem. Si iam idololatria est iure naturæ prohibita, certo concludimus, cultum DEI publicum, quo gloria eius celebratur, religiose colitur, quo non creaturis, sed creatori seruitur, quo DEUS glorificatur, quo eidem gratiæ aguntur, Iure Naturæ esse præceptum.

14. Agnouit hoc *Grotius de Imperio Summarum potestatum circa Sacra c. II. §. 4.* dicit enim omnes homines teneri, DEUM, quatenus eum norint, honorare, eique gratias agere, atque hoc euincere Apostolum *Rom. I. 21.* teneri adeoque singulos Sacerdotes esse, aut aliquibus e suo numero sacerdotium mandare. Idem rationibus sati antiquis, atque adeo etiam veris, euincit *Clericus ad Exod. V. 3.* egere scilicet populum externa aliqua celebritate, vt officii sui commonefiat, memorq; sit Dei res humanas curantis, egerre communibus & publicis sacris, vt arctius iis, qui in ciuitatem vnam coierunt, coniunctum se intelligat. Alioquin, vt est ingenium humandum, plebem & DEI & officiorum omnium oblitam, vna cum religione etiam societatis humanæ iura temere violare, vnde innumera hominibus in vita orirentur mala. Itaque arbitror, non posse quemquam dubitare, quin cultus DEI externus publicus etiam lege naturæ præceptus

ptos ac necessarius sit, tum ob religionem naturalem in DEum, atque id quidem primario ac principaliter, tum ob felicitatem Reipublicæ, atque id quidem secundario ac minus principaliter.

15. Quamuis autem Deum publice colere etiam lex naturæ iubeat, id tamen accipiendum est tempore indeterminate, neque enim eadē lex tempus determinat. Suadet quidem insuper lex Naturæ, vt cultus Dei externus idemq; publicus non nimis magno temporis intervallo statuatur ac peragatur, sed ut potius tempus contrahatur, non tamen quantum temporis præcise esse debeat, definit, id quod s̄p̄ius in lege naturæ ita sese habere, qui eam diligenter excoluerunt, ignorare non possunt. Circulus hebdomadarius soli rationi non est cognitus, adeoque nec hinc lex naturæ dictare potest, quo præcise tempore Deus publice colendus sit. Neque etiam, si circulus iste rationi esset cognitus, Deus propterea septimo præcise die ob legem naturæ colendus esset. Tunc tamen suaderetur omnino, vt id fieret, et si necessarium aut præceptum non esse iam ostendimus. Similiter sane Apostoli, si ipsi ex libertate Christiana diem dominicam instituerunt, qua de re postea dicetur, optime sane primam diem elegerunt, vt qua noua nostri creatio & viuificatio facta est. *Ad. III. 15.* adeoque quam maxime suaderetur, vt ea dies constitueretur.

16. Itaque nunc demum in hoc argumento ad legem diuinam positiuam vniuersalem pervenimus. Neque enim ex ratione, sed ex revelatione

velatione de spatio ac diuisione ista temporis
constat, & quod DEus septimo præcise die col-
voluerit, ceu reuelatum est Gen. II. 2. 3. Lex igi-
tar hæc est I. Positiua, quia non habet necessaria-
tiam connexionem cum natura hominis ratio-
nali *Institutiones L. D. I. I. c. II. §. 124.* adeoque
non versatur circa actum per se bonum. Quam
quam enim cultus DEi publicus, tempore eius
indeterminate spectato, lege naturæ præcipia-
tur, non tamen cultus publicus, tempore eius
determinate sumto, iure naturæ præcipitur, ceu
iam probatum est, vt non opus sit, tempus ope-
ramque iis repetendis consumere.

17. Est nihilominus eadem lex 2. vniuersalis,
vt quæ data est primis Parentibus, quatenus ge-
nus humanum omne repræsentarunt Gen. II. 2.
Quia igitur omnes homines ex Adamo descen-
derunt, omnes quoque ea lege obligati fuerunt.
Accedit, quod talis ratio eius memoratur, quæ
manifeste ostendit, ad omnes homines eam per-
tinere. Sanctificauit enim Deus ac separauit
istum diem a reliquis ad cultum Deo specialiter
exhibendum, quod Deus eodem ab opere Crea-
tionis sex dierum spatio perfecto quieuit. Itaq;
cum propter Creationis opus tum perfectum,
inque memoriam creationis, septimus dies cele-
brandus fuerit ex præcepto diuino, omnes omni-
no homines eum celebrare debuerunt, cum
omnes sint Dei Creaturæ.

18. Diximus hanc legem positivam esse, qua
in re non continetur dissensio ab illorum senten-
tia, qui eam legem dicunt ceremonialem. Et
veris-

Verisime ceremonialis dicitur, cum id etiam Scripturæ Sacræ congruat, siquidem ipse Servator legem ceremonialem de panibus propositio-
nis non comedendis ac Sabbathum, nempe qua-
mentus ceremoniale fuit, componit *Matt. XII.*
4. 8. Verum tamen etiam est, eam esse positi-
am, enim uero si ea lex est ceremonialis, non
potest non etiam positiua esse, omne enim quod
legis ceremonialis est, est etiam legis positiuz.
Quando leges in moralem, ceremonialem ac
forensem diuiduntur, tum legi morali lex cere-
monialis ac forensis ut positiua opponitur. Et
conceditur legem ceremonialem abrogatam ef-
fere, est igitur positiua, lex enim moralis est im-
mutabilis. Dicitur autem lex de Sabbatho ce-
remonialis, quatenus Sabbathum istud rituale
fuit, quippe Deus etiam multa in rebus indiffe-
rentibus eo obseruanda prescripsit, adeoque
multis ritibus Sabbathum. Veteris Testamenti
ponerofius fuit *Exod. XVI. 23. 29. XXXV. 3.* Nec
minus ita dicitur, quatenus Sabbathum Iudæo-
rum typicum fuit, quæ ratio affertur *Dissertatio-*
ne circa eademque altera Apbor. 3. §. 3. Atque hinc
etiam est, quod lex ista ex voluntate diuina in
Novo Testamento cessare debuit, ut manifeste
docetur *Col. II. 16. 17.*

19. Itaque hic recurrat usus distinctionis le-
gum positiuarum vniuersalium, quæ aliquæ ea-
rum vniuersales sunt ratione subiecti tantum,
non ratione temporis. Namque ut lex hæc Vni-
uersalis fuérit priori modo, non tamen talis fuit
altero modo, seu non fuit perpetua. Quod atti-
net distinctionem segum istarum alteram de

L

tempo-

tempore, quo promulgatæ fuerant, est quidem
hæc lex in statu integro promulgata Gen. II. I. 2.
nec tamen propterea post lapsum desit, vt lex pro
de fructu arboris vetito, neque enim ut hæc, ita
etiam illa ad statum integrum vnicce rationem
habuit, sed potius etiam post lapsum DEus, vt
qui generi humano gratiam fecit, eidemque Ser-
uatorem promisit, colendus est, vt ex Rom. I. 21
intellectum est, adeoque lex ista post lapsum
mansit ad tempus resurrectionis Christi, qua ra-
tione Sabbathum istud æternum dictum est Gen.
XXXI. 16. adeoque non simpliciter, sed secun-
dum quid seu pro conditione rei de qua sermone
est, sicut seruus Ebræus qui se se vendidit, ac po-
sex annos dimitti noluit, in æternum seruitur
dicitur Deut. XV. 17. Quod autem in Nouo
Testamento ea lex desit, iam antea monitur
est, quo ipso simul patet, legem de Sabbatho no-
totam moralem esse, sed aliquam partem esse po-
situam & ceremonialem, cum alioqui nihil mu-
tari potuisset, qua de re ante disputatum fuit.

20. Quod iam ad Noui Testamenti tempo-
ræ spectat multi quidem existimant, Apostolo
non ex instituto Seruatoris, non ex instinc-
to Spiritus Sancti, diem primum septimanæ cultu
Dei publico constituisse. At non videtur
sententia probabilis, cum enim tantis prærogati-
viis in Nouo Testamento gaudemus, quarum
vnam, circa ipsum Sabbathum modo nota-
mus, difficile est sibi persuadere, in Veteri que-
dem Testamento diem publicum ab ipso
Deo præstitutum fuisse, at in Nouo Testa-
mento non esse diem talem iure divino statu-

ed solo arbitrio nudorum hominum, qui nec mandatum ad id diuinum habuerint, neque a spiritu Sancto impulsi fuerint. Neque vero libertas Christiana hic obstare potuit, ut quæ salis legibus diuinis permanet, quod aliorum Christi præceptorum exemplis intelligi potest. Et sane ea res magni momenti, adeoque non potest videri relictæ fuisse humano arbitrio, eonius, quod, ut iam dictum est, in Veteri Testamento iure diuino determinata fuit. Facit tiam quamplurimum ad dignitatem diei dominici, si ex iure diuino originem traxit. Accedit, quod quæ Apostoli ex vi libertatis Christianæ constituerunt, non solum diuersimodo ab ipsis determinata fuerunt, sed etiam postea plurima eorum vel mutata fuerunt, vel plane desierunt, quod solo Diaconissarum exemplo patet. Neque solum dies prima ex libertate Christiana electa esset, sed etiam spatium septem dierum ex vi libertatis Christianæ seruaretur, cum id ius naturæ non determinet. Lex autem positiva Veteris Testamenti ex voluntate diuina desierit. Cum igitur in hac die celebranda tanta omnium ecclesiarum consensio extiterit, omnino ea ex iure diuino originem habere censenda est. In ritibus enim licita est diuersarum ecclesiarum diuersa obseruantia salua fidei unitate, atque etiam omni tempore diuersitas adfuit. Denique non solum multi Theologi Lutherani, diem Dominicam a Christo institutam esse adeoque Iuris diuini statuunt, sed quod præcipuum esse debet, ad probabilitatem huius sententiaz atque auctoritatem Theologorum, qui rem paulatim distin-

Etius perspexerunt & accuratius, vel controuer-
fis, quibus doctrinam hanc noui aduersarii im-
plicare conati fuere, ad inquirendum permodi-
rationes multæ ac grauisimæ accedunt, quæ id
omnino persuadere possunt.

21. Ac primo quidem dies, quam Dominus
fecisse dicitur *Pſ. CXIX.* 24. quaq̄ exultandum
fit, manifeste de die resurrectionis Christi agit.
Et Seruator Scripturam omnēm Discipulis expli-
cuuisse legitur *Luc. XXIV.* 44. 46. tametsi non omnis
commemorantur, quæ locutus est ad eos, quod
etiam de Paulo Apostolo verum est *Act. XX.* 27.
Deinde Seruator Dominum etiam Sabbathi ſeſe
vocauit *Matth. XII.* 8. Quod autem Deus publi-
ce colendus est, id est iuris naturalis, vti oſten-
dimus, adeoque immutabile, quod Deus ipſe
non mutat, ac mutare nec potest nec vult. Quod
vero opera charitatis aut necessitatis, de quibus
ibi Disputatio cum Phariseis fuit, cum Discipuli
efſurientes ſpicas vellere cōperunt ac manduca-
re, non permittaſolum ſed etiam præcepta ſunt,
hoc non ſolum per ſe iam certum erat, ſed pari-
ter etiam iuris immutabilis *Luc. III.* 14. 15. 16.
XIV. 5. Itaque nihil aliud reſtat, quam vt verba
Seruatoris, Dominum etiam Sabbathi ſeſe vo-
cantis, accipientur de eo, quod ipſe Sabbathum
tollere poſlit, aliud tempus conſtituere, non
minus atque alia etiam Sacra menta inſtituit, tan-
quam Doctor, qui a Deo venit, & voluntatis
diuinæ interpres. Ipſe Ordo verborum oſten-
dit, quod Seruator amplius quid ſignificare
voluerit quam exercitium operum charitatis,
nam Dominum & Sabbathi ſeſe vocat. Deniq;
vel

vel inde hoc appareat, quia lex ceremonialis de panibus propositionis non comedendis ac Sabbatho, quatenus ceremoniale erat, ibi comparantur.

22. Porro ipso die resurrectionis Apostoli congregati fuerunt, & Christus eis apparuit *Ies. XIX.* 19. cum autem post octo dies iterum congregati legantur *vers. 26.* manifestum diem dominicam prima vice a Seruatore institutam fuisse. Accedit quod Seruator *A&I.* 3. dixisse Apostolis memoratur, quae ad regnum Dei pertinet. Idem etiam eo magis patet, quia Servator iis tunc iterum apparuit, adeoque hac ratione celebrationem eius diei confirmauit. Inde etiam hoc planum est, quod iste Apostolorum congregaciones sigillatum commemorantur, cum tamen aliis quoque diebus ptocul dubio congregati fuerint. Postea quoque dies resurrectionis Christi ab ipsis celebratus est *A&I. XX.* 7. *I. Cor. XVI.* 2. Quamuis vero etiam Sabbatho Iudæorum interfuerunt, *A&I. XIII.* 42. id tamen fecerunt non ex necessitate aliqua *Rom. XIV.* 5. 6. *Gal. IV.* 10. *Col. II.* 16. sed ex libertate Christiana, ac ne Euangelio impedimento essent, Iudeos vna vice offendendo, sed potius ut occasionem eos conuertendi non dimitterent *A&I. XIII.* 15.

23. Præterea dies resurrectionis *Apoc. I.* 10. vocatur dies dominica, adeoque non minus hæc dies a Domino ipso instituta censeri debet quam cœna dominica *I. Cor. XI.* 21. calix ac mensa Domini *I. Cor. X.* 21. *XI.* 26. ab eo instituta est, atque etiam ieratio quæ pariter Dominica vocatur, ab

eo profecta est *Matth. VI. 9.* Rationem constitutę huius diei esse resurrectionem Christi ex *Pf. CXIIX. 24. Iac. XIX. 26.* apparet.

24. Apostolos instinctu Spiritus Sancti, & quod intellexerunt, eum diem iuris dictinare esse *Pf. CXIIX. 24. iuncto Act. III. 1-5.* eum diem celebrasse, non est probabile, cum satis rationum adduxerim, quibus intelligi potest, Seuatorem id tempus instituisse, adeoque iure diuino etiam in *Nouo Testamento* & spatium septimanę, ac diem eius primum, ad cultum diuinum destinatum esse. Si tamen id cuiquam certum non videatur, etiam prius, quod hic dixi, satis certum esse potest, nempe Apostolos instinctu Spiritus Sancti & intelligentia Iuris diuini hanc diem celebrasse *Pf. CXIIX. 24. iuncto Act. III. 3.* qua admissa sententia, pariter iuris diuini haec dies habenda est.

VI.

1. Dicendum nunc est ordine praestituto de potestate maritali. *Institutionibus I. D. l. III. c. II. §. 105.* iure naturae ex pacto matrimonii non refultare imperium proprię dictum in vxorem, recte docetur. Enim uero eo pacto uxor ad alia non obligatur, quam quae ex natura matrimonii fluunt, ut marito copiam corporis faciat, eidemque adiutorium praestet. Atque ad eadem maritus quoque vi pacti matrimonialis obligatur, quod etiam Apostolus confirmat *I Cor. VII. 4. 5.* Itaque ex pacto matrimoniali marito non magis potestas in uxorem, quam uxori in maritum competere potest.

2. Prærogativa etiam sexus marito potestatem in

in vxorem non tribuit, cum ea producat saltim maiorem aptitudinem in marito ad recipiendam obseruantiam, obligationem in femina non operetur *i.e.* §. 110. ipsa tamen sexus prærogativa ab aliquibus male exinde impugnatur; quod Adam e gleba terræ conditus est, non Eua, ita enim materiam proximam ac remotam confundunt. Sapientius productio Euz ex medio Adami corpore Magistris Ebræorum id insinuare videtur, quod nec subiecta ei fuit in statu integro, nec imperium in eum habuit, cum neque ex Capite, neque ex pedibus eius formata fuerit, sed potius ei æqualis fuit, seu, quæ *B. Lutheri* verba sunt, gubernationis socia *Institutiones I. D. Diff. Proam.* §. 44. §. 1. III. c. III. §. 46. lit. f.

3. Quod si igitur vxor per pactum velit imperium mariti subire, itre naturæ nihil obstat, ut enim imperium mariti ex rationis dictamine deduci non posse, non tamen idem ratione est adversum. Quemadmodum igitur Iure Naturæ ex pactionibus legibusque humanis dependet, quantum utriusconiugum iuris in bona alterius competit, sic etiam exinde dependet, quantum potestatis vel maritus in vxorem vel hæc in illum habeat.

4. Quod igitur quilibet vxor marito subiecta esse debet, hoc est ex lege diuina positiva universalis *Gen. III. 16.* Est hæc lex i. positiva, quia imperium mariti in vxorem non habet necessariam connexionem cum natura hominis rationali *Institutiones I. D. I. I. c. II. §. 124.* Est tamen 2. etiam universalis, data enim est Adamo, qui Dominus vxoris constitutus est, & Euz, cuius

voluntas marito subiecta esse debet, tanquam omnes posteros suos reprezentantibus. Deinde ratio vniuersalis adest, latum quippe in poenam lapsus, quod Eua Adamum seduxerat ad comedendum de fructu arboris vetitz. Pertinet igitur hæc poena ad omnes, quæ ex Eua descendunt. Evidem poenæ sunt malum passionis, hic autem actio præcipitur, nempe obsequium marito præstandum. Verum idem hic respondendum est, quod *Grotius de I. B. ac P. l. II. c. XX. §. 1. n. 1.* in genere iam monuit, pro poena quibusdam iniungi opera quædam solere, ea tamen opera spectari tantum, qua molesta sunt, atque ideo ad passiones referenda. Denique inde quoque hanc legem vniuersalem esse apparet, quia in Nouo Testamento repetita est *Rom. VII. 2. 1 Cor. XIV. 34. 1 Tim. II. 12. Epb. V. 22.*

5. Quia hæc lex in Nouo Testamento repetita est, apparet quoque, legem hanc non solum vniuersalem esse ratione subiecti, sed etiam ratione temporis simul, seu esse etiam perpetuam. De altera legum harum diuisione pariter iam percepimus, hanc legem post lapsum latam esse. Quæ verbo manuisse sufficit.

6. Additur *I. c. §. 48.* non in fauorem mariti hanc legem esse latam, sed in poenam sexus fœminæ, cuius quasi executor saltem maritus a Deo est constitutus, igitur non esse in mariti arbitrio possum, vel per pacta connubialia vel per tacitam coniuentiam imperii domestici habendas relinquare vxori, seu vxori imperium tradere, sed qui hoc facerent, eos non minus peccare, ac y. gr. magistratus inferiores poena delin-

sinquentibus non inferentes, & ius aggravandi, quod soli Legislatori relinquendum est, sibi arrogantes. Vere hæc de potestate mortali tradita sunt. *Dissertatione citata eademque tercia hæc de re agitur Aphor. IV.*

7. Videamus iam utrum lex hæc *Fundamentis* I. N. ac G. I. III. c. II. §. 16. destructa sit. Qui recte perpendet ea, quæ hactenus dicta sunt, is fatis intelligit, eam destrui non posse nec debere. Adfertur tamen, imperium maritale non quidem ex regulis iusti deduci posse, sequi tamen ex regulis decori & imbecillitate naturali sexus foeminei. Quod ad decorum naturale attinet, non potest id ad alia pertinere, quam quæ iure naturæ non præcipiuntur sed saltim suadentur, atque utiliora sunt oppositis, ceu clarius affi & commodius ante locuti fuerunt ac docuerunt. Ita vero potestatem maritalem ex iure naturæ deduci non posse, iterum conceditur, ceu hoc Institutionibus I. D. iam concessum esse, ante obseruauimus. Deinde regulæ decori non nos aliis sed nobis ipsis obligare dicuntur, adeoque ad ius alterius inde petendum frustra in illis fundamentum collocatur. Denique primum principium decori dicitur: quod vis ut alii tibi faciant, tu ipsis facies *Fundamentis* I. N. ac G. I. I. c. IV. §. 4. Ita vero etiam feminæ contendere possent, sequi ex regulis decori potestatem vxorem in maritos, ita enim hi illis facerent, quod sibi ab iisdem fieri volunt.

8. Satius esse, vt potestas penes maritum sit in uxorem, non vice versa penes uxorem in maritum, & manifestum est, nec a quoquam negatur.

L 5

Enim-

Enim uero Viri, si non semper, at plerumque prudentiores atque validiores sunt feminis. Maxime igitur conuenit, penes eos esse imperium maritale. Maxime etiam hoc expedit in ciuitatibus, ut omnia familiae negotia ad salutem reipublicae ab iis dirigantur, qui & sacra & profana munera administrant ac rem publicam ab hostibus defendunt. Similiter omnino expedit, ut maritas in bona etiam vxoris potestatem habeat, ob easdem quas dixi, rationes, quibus accedunt aliorum etiam argumenta suasoria, a maiori, seu potestate in uxorem, ad minus, seu potestatem in bona eius, & quod accessorium principale sequi conuenit.

9. Quod autem ob prudentiam & vires maritorum suaderi dictum est, id pro iure ac lege haberi non potest. Enim uero sola prudenteria sola que vires non tribuunt imperium, et si exinde aptitudo ad imperandum resultet, quemadmodum nec vice versa sola hebetudo non infert subjectionem, et si aptitudinem ad eam contineat, vnde seruos natura tales non dari, dudum euidentum est. Etiam imbecillitas viriumque defecus per se non constituit subiectos, quamuis conuenientius sit tales ab aliis regi. Atque idem de præstantia sexus masculini. *Institutionibus I. D.* concessum esse, iam obseruauimus, quod par ratione hic applicari potest.

10. Quod sigillatum ex imbecillitate feminorum naturali imperium maritale Iure Naturæ sequi dicitur, id vero etiam Sacra Scriptura repugnat. Nam *Petrus Epist. I. c. 14. l. 6.* uxores maritis subesse iubet instinctu Spiritus Sancti, adeo-

ad eoque ob mandatum diuinum, & exemplo
sanctorum feminarum iuri diuino conueniente,
figillatim Saræ, quæ obediens Abrahamo sum-
dem dominum appellauit. Itaque ex mandato
diuino est imperium maritale, quod in Veteri
Testamento datum, in Nouo Testamento insin-
etu Spiritus Sancti repetitum est. Ex imbecilli-
tate feminarum autem hoc maritorum ius atque
obligationem feminarum minime deducit, sed
potius officium maritorum exinde repetit & in-
culcat vers. 7. vt cum vxoribus conuertentur
modo rationabili, eisque honorem habeant, quo
fine alias etiam rationes subiicit. Itaque ex im-
becillitate sexus feminini officium maritorum
deduci potest, at imperium maritale inde non
proueniat, sicut autem Ius seu potestatem & offi-
cium non esse confundenda, recte monetur *Fundamen-*
*tis I. N. ac G. I. II. c. I. §. 5.** sic etiam diuer-
si fontes eorum, ex quibus originem habent,
confundi non debent.

ii. Additur *I. c. ** fœminam etiam in pacto
coniugali libentem promite se submissuram im-
perio marisi. At forte non omnes, præsertim quæ
erectoris ingenii sunt, id facerent. Reginæ
certe, quæ priuatis nubunt, imperio maritali
ne vt vxores quidem, sese subiicerent. Ex-
dem, si uxores subditorum a subiectione marito-
rum non eximerent, quibusdam tamen per mo-
dum Priuilegii id condere possent, si fieri posset,
vt lex diuina destrueretur *Fundamentis I. N. ac G.*
I. III. c. III. §. 36. Vasthi superba exemplum dor-
cere hoc potest, quæ Ahasuero Regi marito ob-
temperare noluit *Eßb. I. 12.* Qui autem alios re-
gunt

gunt atque eminent, exemplo magis peccant, quam peccato ipso vers. 16. 17. 18. vnde etiam veritum fuit, ne hoc regina exemplum in omnes regni feminas transiret, atque mandatum in omnes regni partes emissum fuit, ut quisque maritus Superior esset in domo sua. Subiiciuntur tamen eius sententiae tales rationes, quia septimum moribus maritus solus onera matrimonii sustinet & acquisitionem, vxor sicutem acquifita dispensat. Verum haec suadere possunt, ut penes maritum sit potestas in uxorem, at necessitatem seu legem nullam important.

12. Negatur postea *L. III. c. III. §. 12.* verbis *Gen. III. 16.* pœnam propriæ dictam i. e. arbitriam contineri. Possunt quidem pœnæ distingui in naturales & arbitrarias; verum tamen etiam naturales sunt ex ordinatione Creatoris, adeoque reuera sunt etiam arbitrariae. Deinde etiam dantur pœnæ diuinæ arbitrariae, quæ sigillatim dicuntur, non solum forenses, & quidem multæ, sed etiam universales, ut in homicidio, & in hac ipsa lege, quam tractamus, & in verbis adiumentis de dolore partus, agri tribulis & sentibus, item de sudore ex labore. Ob transgressionem legis de fructu arboris non comedendo Deus omnes eas pœnas comminatus est atque inflxit. Sunt igitur pœnæ vere dictæ, namque propter peccatum postlapsum demum acceperunt, vnde etiam ex libero Dei arbitrio id factum esse patet.

13. Dolor partus in statu integritatis non potuisse adesse, omne enim malum naturale a malo morali seu peccato originem traxit. Adfuit quidem in statu integro pœnarum comminatio,

at

ut inflictioni tamen earum locus esse non potuit; quamdiu transgressio legis ab hominibus non uitsecuta. Potuisset autem Deus omnino efficiere, vt puerperz sine doloribus peperissent veluti si alto somno oppressæ peperissent, sicut Deus effecit, vt Adamus somno opprimeretur, lociam ipsi ex costa eius producturus *Gen. M. 21.* qua ratione dolor omnis absuit. Nec quisquam negabit, Deum pro Omnisapiencia & Omnipotentia multis aliis modis hoc efficere potuisse, cum etiam post lapsum feminæ quædam, si non nullis, at minimis tamen doloribus parere passim legantur. Similiter tribuli & fentes ob peccatum a Legislatore post lapsum demum immissi fuere, adeoque hæc vera est & arbitraria, poena. Sudor pariter post lapsum in poenam peccati accessit, adeoq; est vera poena & arbitraria, nec ante lapsum adfuit aut adesse potuit, etsi Adamum etiam in statu integro laborauisse certum sit. *Gen. II. 15.*

14. Similiter vera poena seu castigatio adest in lege de potestate maritali. Etenim hæc poena statuta est a Legislatore, cuius lex violata fuit, & a judice supremo Adamum & Euam ad se vocante & citante *Gen. III. 12.* adeoque ab eo qui ius habuit statuendi & infligendi poenam. Constituta porro hæc poena est ob peccatum commissum, adeoque etiam voluntas istam poenam statuendi apparet: Cumque ante lapsum ac peccatum commissum non adfuerit, sed post lapsum irrogata, adparet, eam omnino esse in poenis arbitrariis seu externis, quæ sigillatim ita denominare sunt. **Quod autem additur, imperium mari-**

maritale minus rigidum esse debere ac imperium paternum & herile, hoc ipso illud non tollitur, sed potius confirmatur & conceditur. Neque enim, quæ ad officium habentis potestatem pertinent, potestatem illam tollunt, sed eam dirigere debent. Nec denique imperium omne est herile, qua de re supra iam expositum est.

. 15. Ad ultimum. *I. III. c. III. §. 26.* timendum negatur, ne Princeps vllus Christianos maritos imperio vxorum subiecturus, aut has saltem extenuerit a subiectione maritorum, quæ dñe iam antea dictum est. Additur autem, in confessu esse, Reginam Christianam non pecare contra legem diuinam, si maritum ex subditis eligat, atque imperium in ipsum maritum in rebus domesticis exerceat. Verum cum lex de potestate maritali lata non sit in gratiam mariti, sed in pœnam sexus feminini, omnes autem homines lege Dei obligentur, nec maritus legi isti renunciare potest, cum suo saltim iuri renunciare liceat, ac leges Dei ab hominibus sint immutabiles. Atque hoc etiam Institutionibus I. D. demonstratum & adprobatum est, ceu ante adductum est. Habet igitur maritus etiam in reginam, vt vxorem, potestatem maritalem ex lege diuina, quæ ab hominibus tolli non potest, a Deo autem sublata non est. Potest tamen regina, vt regina, in maritum, vt subditum, imperium exercere, quæ duo imperia diuersa sunt,

VII.

I. Excipit nostro ordine lex de indissolubilitate matrimonii *Gen. II. 23. 24. Differentiae ciuitatis, eademque tertie Apocr. VI.*, dicitur quidem vi verborum

borum istorum congruum esse, vt mulier hæc, quæ caro est mea, carnem etiam meæ perpetuo maneat iuncta: esse tam arctam marem inter & feminam combinationem, vt licetis Parentibus adhæserit marito vxori: excipi tamen exinde legem quandam diuinam non posse. Nec enim quod congruum esse videtur, vim legis statim obtinere posse. Additur postea, firmius pro indissolubilitate matrimonii argumentum deduci ex Matth. V. 32. XIX. 9. vbi ponitur, quod dimittere uxorem licitum sit, ast tum demum cum illa fornicationis conuinci potuit. Vbi omittendum non est, quod præmonisti eiusdem Dissertationis error de Christo Legislatore nouisque ab eo latis Legibus improbatus est, adeoque in hac sententia non latet.

2. Respondebimus primo ad rationes huius sententiaz: subiiciuntur auctem tales, quod verba dicta sint Adami, non Dei. Verum Deo ipsi verba ista expresse tribuuntur Matth. XIX. 5. Deinde non ea ratione, qua Eua cum Adamo, hodie vilos coniuges dicere posse, quod una sint caro, neque de tam arcto nexus inter se gloriari. Verum non de alio nexus in hac materia sermo est, quam de nexus morali, qui ex ipso matrimonio resultat, seu ex eo, quod per matrimonium copulantur. Et hinc etiam verba futuri temporis adhibentur, cum iam antea dictum esset, Euam ex Adamo productam fuisse, adeoque manifestum est, hanc carnis unitatem hic non spectari Gen. II. 24. Matth. XIX. 5.6. Porro quod concernit verba, vbi maritus dicitur, relictis Parentibus uxori adglutinari, hæc mulierem honore Parentibus tribuen-

tribuendo non soluere , sed imperio Parentali ademptam , familiaque exemptam , marito subiicere , inque huius familiam adsciscere . Verum mulierem honore Parentibus tribuendo per legem istam solvi , non est , qui contendit . Neque vero per legem istam marito vxor subiicitur , utpote quod alia lege ; eademque deum post lapsum publicata factum est.

3. Quod rem ipsam attinet , omnino verbis istis lex continetur , quæ indissolubilitatem matrimonii requirit . Enim uero si maritum inter ac mulierem , ex quo matrimonio iuncta est , tanta unio habetur ex voluntate diuina , ut vxor caro sit mariti , & maritus vxoris , omnino inde recte concluditur , matrimonium debere esse indissoluble , & carnem carni perpetuo manere iunctam , cum caro a se ipsa non sit separanda . Deinde si maritus , dum vxorem ducit , ac Parentes relinquit , ex voluntate diuina vxori adhaerere debet , planum est coniunctionem istam debere esse perpetuam , cum aliqui contra voluntatem Dei facerent , qui maritum vxori adhaerere vult , ex quo eam libera voluntate sua duxit . Quamuis enim coniugium a Deo nec præceptum sit , neque etiam vetitum , sed in rebus indifferentibus habeatur , quæ cuiusque libertati relictæ sunt , siquidem aliqui Apostolus a Spiritu Sancto impulsus optare non potuisset , ut omnes homines essent sicut ipse I Cor . VII . 7 . ex quo tamen voluntate hominis initura fuit , ea Dei voluntas consignata est atque haec lex , ut coniuges sint una caro , ut sibi adhaereant ; adeoque matrimonium debet esse indissoluble .

4. Postea

4. Postea conceditur, per verba, vbi dicitur maritus relictis parentibus vxori adglutinari, mulierem imperio Parentali ademptam familiaque exemptam, in mariti familiam adscisci. Debet igitur vxor ex voluntate diuina in familia mariti manere. Conceditur etiam, sine fundamento non inferri, quando ex *Gen. II. 18.* elicitur, quod si bonum non est, hominem esse solum, ergo Deus auxiliatricem foeminam eidem adiunxit, quæ per totum vitæ spatium ei adesset. Verba eurem ista, quatenus de matrimonio in-sundo intelliguntur, vim legis habere frustra asseritur, ceu modo notatum est, qua in re etiam Theologi consentiunt. Hæc autem lex adest, qui solus esse semel noluerit sed auxilio coniugis frui, is postea solus esse non debeat, sed in perpetuum ex voluntate diuina cum coniuge haneat. Quod vero authentica interpretatio Saluatoris nostri ad primam hanc institutionem ita *Matth. XIX. 8.* prouocare dicitur: ab initio non erat sic, hoc ipso matrimonii indissolubilitas etiam in Veteri Testamento pariter conceditur.

5. Conceditur denique eam legem & ab initio adhuc tempore Christi obligasse, adeoque est uniuersalis. Cui rationi accedit prior, quod ea lex proposita est Adamo & Eux tanquam totum genus humanum repræsentantibus. Ethæc quidem propter Dissertationem citatam adferenda fuerunt.

6. *Institutionibus I. D. I. III. c. III. §. 49.* dicitur Deus legem politiūam promulgasse. Coniugium sit societas indissolubilis. Eadem §. 50. lateri dicitur verbis: propterea deferet homo

M

patrem

patrem & matrem , & adglutinabitur vxori suz , & erunt duo in carnem vnam . Ex verbis istis §. 51. varia argumenta contra diuortiorum licentiam afferri posse docetur , omittantur tamen , quia uno iectu præcidi dicuntur , propterea quod Saluator noster in Disputatione aduersus Pharisæos ex illis verbis conclusionem istam intulerit ; Itaque non sunt duo , sed vna caro . Quod ergo Deus copulauit , homo ne separet .

7. Neque vero hæc sententia *Fundamentis I. N.*
& G. destrui potuit . Dicitur quidem l. III. c. III.
§. 17. Christum non id velle , quod fuerit publi-
cata lex positiva de indissolubilitate coniugii ,
sed saltim hoc , Deum non præcepisse diuertia ,
sed induluisse saltim ac permisisse Iudæis licen-
tiam diuortiorum ob cordis duritiem . Verum
hac ratione omnino consequitur , adesse legem
diuinam , quæ diuertia prohibuit , quæ enim
Deus non prohibuit , ea libertati hominum eo
ipso relictasunt ac sine peccato , sine duritate cor-
dis , sine licentia ac sine improbatione diuina ex-
erceri possunt . Itaque cum diuortiorum liber-
tas non fuerit , sed licentia saltim , eaque ob du-
ritiem cordis permissa fuerint , adeoque permis-
sio ista minus saltim plena fuerit , quæ impuri-
tatem dat , a culpa non liberat , omnino lex di-
vina adest , quæ iubet matrimonium esse indi-
soluble . Cumque lex adsit , amplius sane quid
adest , quam decorum naturale , quod dicitur
de eo ; quod maxime deceat , talia enim quæ
sunt , vim legis non habent ac sine licentia , du-
ritie cordis & crimine omitti possunt . Quod au-
tem Deus secundum regulas decori naturalis di-
citur

citur instituisse coniugium perpetuum, eo ipso manifeste conceditur, matrimonium ex lege diuinitate indissolubile.

8. Legem hanc Seruator in Noto Testamento vindicavit. Frustra autem hinc obiicitur §.
 18. Christum in ista Disputatione non tradere leges proprie dictas poenales de diuortiis, ac ita legislatorem agere. Primo enim non omnes leges proprie dictæ sunt poenales, quæ vel pauiores numero sunt inter leges. Deinde lex de diuortiis non magis penal is est, quam ipsa præcepta Decalogi. Denique Christus legislatorem non egit vindicando præcepta Decalogi, quod eodem capite fecit; sic etiam Legislatorem non egit, vindicando legem de indissolubilitate matrimonii. Semper Seruator Doctoris partes impleuit, non Legislatoris, & leges tantum restituit neglectas vel corruptas, & voluntatem Dei vindicavit.

9. Quod ad Ius Naturæ spectat, dicitur l.c. coniugium perpetuum maxime decere perfectio-
 nem status integri, in quo lex proposita est. Ego autem existimo, matrimonium de Iure Naturæ debere esse indissolubile, ex hac ratione, quia alioqui matrimoniis solutis, anla daretur adulteriis, siquidem marito per veterem consuetudinem priusque coniugium facile foret, coniugem dimissam aliquæ deinde iunctam sollicitare, eamque permouere, ut ipsi indulgeret. Atque hoc ipsa lex diuina spectauit Deu. XXIV. 4. ubi Deus prohibuit, ne quis coniugem dimis-
 san, ex quo alter eius maritus vel mortuus es-
 set, vel pariter eam dimisisset, in matrimonium iterum

iterum duceret. Ita enim spe omni vxorem dimissam aliquique nuptam recipiendi ademta, adulteria etiam Deus cum talibus vxoribus dimis- sis, & aliis deinde iunctis, impedituit. Cum enim matrimonii alterius facultas cum illis ex lege diuina non competeteret, multo magis intellectum est, extra matrimonium earum copiam licite non esse, sed non sine crimine id fore, violari aliena coniugia, tametsi antea coniux fuerit.

10. Idem Seruator docet *Mab.* V. 32, qui enim vxorem dimittit, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. Nam mœchatur, quæ coniugii vinculo iure liberata non est, ac deinde vagis libidinibus sese dedit, mœchatur & ipse, quamcum consuescit *Dissertatione citata eodemque tertie Aphor. VI.* Itaque hæc lex perinde naturalis ac moralis est, atque ipsius Decalogi sextum præceptum: non mœchaberis.

11. Ex iisdem Seruatoris verbis aliud sententia huius argumentum ac rationem nanciscor, si quidem ea inter tales leges medio loco reperiuntur, quæ omnino leges morales sunt. Evidem *Grotius* hic fundamentum quæsiuit erroris de lege noua in Nouo Testamento a Christo lata, eademque Euangelica ac perfectiore *de I. B. ac P. l. I. c. II. §. 6. n. 3.* Verum nihil nouæ legis Seruator dedit, sed veterem legem vindicauit & a corruptelis restituit. Enimvero Seruatoris istud: ego vero dico vobis, non opponitur legi, de qua veteribus dictum sit, cuique ipse aliquid addiderit, sed opponitur veteribus, a quibus dictum est, seu qui aliqua legis dixerunt, præci-
pua

per autem in lege omiserunt, quod sola hac ratione manifestissime probatur, quia *vers* 39. dicitur veteribus dictum esse: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. At nullibi extat in lege: odio habebis inimicum tuum. Itaque verba: dictum est veteribus, significant, a veteribus dictum esse. Atque his opponit servator istud suum: ego vero dico vobis, adeoq; supplet, quz ipsi omiserunt, corrigit & vindicat, quz corruperunt interpretationis & additamentis suis, vt de inimico odio persequendo. Pluribus hoc probauit Ziegleras ad l. c.

12. Sine mora igitur vltiori nunc ostenderem, leges a Seruatore inculcatas esse morales. Itaque quz *vers* 22. de ira docentur, ea reperiuntur etiam in Veteri Testamento. Gen. IV. 5, 6. ubi in Caino iram Deus improbauit. Contueri vxorem alienam ad concupiscendum eam *vers* 18. crimen est, etiam in Veteri Testamento confignatum est. *Hiob* enim cum oculis suis paetum sole dicit, ne spectet virginem c. XXXI. 2. Quz de iuramentis ac periuriis habentur *vers* 33. eadem, leguntur Len. XIX. 12. Num. XXX. 3. Prohibuit autem hic Seruator iurare per cœlum, terram &c Hierosolymam, ad quz particula omnes restringenda est, vt ad substratam materiam. Iudicia quoque Seruator *vers* 38. 39. 40. 41. tollere noluit, siquidem ipse coram Pilato stetit, eidemque potestatem superne datam esse confessus est Ios. XIX.

12. Neque etiam in prauis hominibus malitiam voluit firmari, siquidem ipse Seruorum vnum ob aliam iniuria inflictam castigauit, sicut etiam Paulus iniurias metuens ad iudicia prouocauit.

Art. XXV. 10. Et quando *vers.* 29. 30. oculus, manus ac pes abiicienda dicuntur; eo ipso nihil aliud docetur, quam affectus & concupiscentias pravas compescendas esse, ne per membra ista in actiones exteriores irrumpant. Itaque similiter *vers.* 39. 40. 41. nihil aliud docentur, quam vindictam priuatam esse illicitam & fugiendam, adeo ut potius alterius iniuria, etiam ubi in iudicio auxilium denegatur *vers.* 40. perferenda sit, quam vindictas indulgendum. Verum vindicta etiam in Veteri Testamento prohibita legitur *Deut.* XXXII. 35. Hostes deniq; diligendos esse pariter est iuris naturalis ac moralis, quia quisque alterum ad verum Dei cultum excitare debet, quem non praefstat, qui aliam tanquam creaturam Dei odit. Benefaciendo autem inimici adduntur, vt in gratiam redeant, & vel in coniugium adhiberi possint, ac super capita eorum odorifera adolere licet *Prov.* XXV. 21. 22. vnde patet etiam Veteri Testamento hoc preceptum consignatum esse, quod etiam videre est *Exod.* XXIII. 4. 5. & exemplo Elisei intelligitur 2. *Reg.* VI. 21.

13. Has intet leges, que non noue sunt & in Nuevo Testamento latae, sed naturales omnes ac morales, & non minus in Veteri Testamento incuticatae, vt ostendimus, medio loco reperitur *vers.* 32. lex de indissolubilitate matrimonii excepta fornicationis causa. Atque hinc certissime concluso, legem de matrimonio non dissolvendo esse naturalem ac moralem.

14. Contenditur quidem *Dissertatione ciuitate eademque tertia Aphor.* VI. legem hanc non esse naturalem ac moralem, sed posituam, quia Deus

DEUS permisit libellum repudii *Deut. XXIV. 1.* Verum statim *i. e.* subiicitur, disponere DEUM de casu, si contingat, casum autem non magis probare quam scortationem & homicidium, de quibus tamen etiam Deum disposuisse aliquando sacræ literæ testentur. Itaque potius tertium argumentum inde enascitur, quo probari potest, legem hanc esse moralem. Enimuero Polygamia lege Dei positiva vniuersali prohibita est. Nihilominus Abrahamum, Dauidem aliosque Patriarchas ac Reges plures habuisse uxores constat. Nullibi autem id reprehenditur, tanquam quod ex duritie cordis eorum factum sit, adeoque cum crimine coniunctum fuerit. Imo etiam contra fides Abrahami in Nouo Testamento ubique prædicatur, timuisse Deum dicitur, ac Dauid vir secundum cor Dei vocatur. E contrario autem lex de indissolubilitate matrimonii ex duritie cordis Iudeorum neglecta dicitur, adeoque non sine crimen. Si igitur hæc lex positiva esset, vt illa de Polygamia, idem etiam in illa obtinere potuisset, quod de hac dictum est, vt sine crimen neglecta fuisset, Deo, eodem modo, quo circa Polygamiam indulxit, indulgente. At vero ob duritiem cordis ita saltim induluisse legitur, & de Iure obseruandum fuisse dicitur, vt fuit ab initio, adeoque permisio ista saltim impunitatem externam concescit, non liberauit a culpa. Ex quo concludo, legem hanc naturalem esse, moralem & immutabilem, quia ne DEUS quidem plene ac perfecte permettere potest, vt negligatur, at alioqui nulla ratio discriminis, quod inter legem de Polygamia & legem

hanc notauius, dari posset. Quodsi quis contendat, discrimen esse non a potestate sed a voluntate diuina, qui de illa lege remiserit, non de hac, hæc quidem ratio probandi indissolubilitatem matrimonii ex Iure Naturæ deficeret, verum consequeretur, DEum circa legem de Polygamia dispensasse, quod omnino etiam fieri potuit, siquidem ea lex est positiva, non naturalis, factum autem esse ab omnibus non conceditur. Verius autem legem de indissolubilitate matrimonii pro naturali haberi statuo.

15. Quod causa fornicationis excipitur. *Matt. V. 32. XIX. 9.* id quoque ex Iure naturæ est, quia ita pactum matrimoniale violatur. Omnibus autem pactis, ut habent *Institutiones I. D. I. III. c. II. §. 131.* commune est, ut ubi illorum capita saltē primaria ab altero violata fuerint, pars esa nanciscatur facultatem ab iisdem discedendi. Qui vero coniugum ab alio malitiosa deserit, is diuortium non facit, quod saltim ex causa fornicationis licet, sed patitur diuortium. Quod discrimin etiam *Apostolus I. Cor. VII. 12.*

16. insinuat ac probat. Enim uero coniux ne ob infidelitatem quidem coniugem relinquere debet, at si infidelis discedit, discedat.

16. Satis, opinor, probatum est, legem hanc esse naturalem ac moralem. Adiiciam tamen auctoritatem *Rufendorfi de L. N. ac G. I. VI. c. I. §. 21.* vel hoc fine, ne noua saltim hæc sententia videatur. Posteaquam enim de violatione parti matrimonialis per fornicationem, nec minus de malitiosa desertione egit, subiicit tandem, quod adulterium & malitiosa desertio ad diuortium

tium sufficere iudicentur, id non prouenire ex peculiari lege diuina positiua, quasi iste duæ exceptiones indissolubilitati matrimonii fuerint additæ, sed quia communis Pactorum natura est, ut quando vna pars conuentis non stetit, neque altera amplius teneatur. Et hactenus quidem, vt non solum laſsa pars cum perfida coniuge non amplius teneatur coabitare, sed & laſsa parti transire ad secunda vota liceat. Itaque si exceptio ista ex lege positiua non est, necessario lex hæc est naturalis ac moralis, quas inter etiam a Seruarore relata & vindicata est, ceu ante diximus.

17. Quod si quis tamen admittere nolit, legem hanc esse naturalem, tunc tamen hoc omnino concedendum est, legem hanc esse positiuam vniuersalem. Et perinde est, quam quis sententiam sequi malit, nam & per alteram sententiam veritas hæc manifesta manet & incorrupta, siquidem Seruator manifestissime docuit, ita obseruari debere, vt ab initio fuit, vbi lex, siue ex Iure Naturæ repetita, siue lata est, vt coniugium sit indissoluble, in Iudeis autem Deum diuortia non probasse, sed permisisse saltim obduritiem cordis eorum. Ex hac igitur plerorumque hypothesi accipienda sunt, quæ nunc disputabuntur.

18. Itaque lex de indissolubilitate matrimonii est I. positiua. Suadetur quidem Iure Naturæ, vt matrimonium non dissoluatur, ob necessariam liberorum educationem, quæ alioqui negligi vel difficilior fieri potest, & quod coniux cum coniuge arcana communicat, ista enim negle-

Eta, & his enunciatis, maxima mala & in statu naturali & in statu ciuili aliis ab aliis existere possunt. Contravbi liberi bene educantur, & si quisque tantum nouit & curat, bonis ciuibus respublica beata existit, & quisque sibi quiete viuit, de alienis non sollicitus, nec animo turbatus aut irritatus. *Fundamentis I. N. ac G.* coniugiam ad dies vita dicitur maxime aptum ad coercendam libidinem & colendam honestam amicitiam cum persona diuersi sexus, item ad promovendam decoram & honestam educationem sobolis. At non tamen præcipitur iure Naturæ ut matrimonium sit indissolubile. Itaque lex diuina *Gen. II. 23. 24.* est positiva, quia non habet necessariam connexionem cum natura hominis rationali. *Institutiones I. D. I. I. c. II. §. 124.*

19. Est hæc lex 2. vniuersalis, quia data est Adamo & Euz, quatenus totum genus humanum representabant, ac deinde quia in Nouo Testamento a Seruatore repetita est *Matt. P. 32. XIX. 9.* Itaque non solum vniuersalis est ratione subiecti, sed etiam ratione temporis seu est quoque perpetua simul. Quod vero alteram distinctionem attinet de origine specialiori, patet iam, eam in statu integro latam fuisse,

IIX.

i. Succedunt leges diuinæ positivæ vniuersales de gradibus matrimonialibus *Leu. XIIIX. 6.* Vbi primo separanda sunt coniugia inter ascendentēs in linea recta, quæ iuri Naturæ repugnant. Probatur hoc primum a pudore & horrore naturali. Enim uero is horror non est physicus, quod non solum inde constat, quia in matrimoniis

cum

cum aliis hominibus in eundis idem horror non adest, sed & quia inter tales personas aliquando nuptiae ex errore contrahuntur, quæ putantur in iurisprudentia dici solent, quibus nullus horror sese exserit. Vbi vero error detegitur, tunc statim horror sese exserit, & auersatio sanguinis commixti cum sanguine, a quo ipse ortum duxerit, vel qui ab ipso ortus fuerit, quæ ratio una est horroris huius. Itaque horror is moralis est, a Creatore ipso, qui legem in corda hominum inscripsit, hominibus inditus, adeoque in principiis legis naturalis connatis habendus est. Confirmatur hoc ipsum per ea, quæ *Grotius* habet de *I. B. ac P. I. II. c. II. §. 12. n. 5.* vbi de animalibus quibusdam mutis refertur, cum in illis plerumque virtutum humanarum simulacra Creator ostendat.

2. Ex instinctu quidem de lege iudicandum non est *Institutiones L. D. I. III. c. II. §. 221.* neque ex eodem repetenda, sed potius instinctus ad legem naturalem diiudicari debet, vera tamen est obseruatio, sacerdotis in re aliqua & instinctum naturale adesse, vbi lex naturæ adest. Conservatio sui ipsius lege naturæ cuique iniuncta est, ad eandem vero homo instinctu naturali fertur. Liberos alere iubet lex naturæ, ad idem vero tenerrimo etiam affectu Parentes impelluntur. E contrario homines aliquando auersantur naturali instinctu, ad quæ nec lege obligantur. Ad peccatas nemo obligatur sed cogitur, non solus a Magistratu, sed etiam ab ipso Deo. Quo exemplo patet, auersari homines, ad quæ obligari non debent, simpliciter enim ad leges feruandas obligan-

ligantur. Sunt quidem leges humanæ, quæ alterutrum aut obsequium aut poenam exigunt, verbi gratia, ut qui munus publicum recusat, multam soluat, sed tunc quoque ad poenam non est obligatio, sed ab iniuris soluitur metu violentæ exactio[n]is securitæ. Obligationem autem ad obsequium lex ipsa remittit, quod in re tali fieri potest. Similiter hic abhorrent homines a re, quæ fieri non debet per legem naturæ, est enim abhorrentia hæc in omnibus hominibus, qui nondum corrupti sunt, eadem a Creatore inditæ est, neque naturalis est seu physica, sed moralis, notitiam connatam ostendens, non debere quenquam cum eo coniungi a quo descendit, vel cum eo, qui ab ipso descendit. *Pufendorfius I. N.*
et G. l. VI. c. I. posteaquam §. 28. quædam monuerat, expresse §. 32. fatetur, pudorem his matrimoniis obstat. *Fundamenta I. N. et G. Cap. Proæm.*
§. 12. Itaq; si quis cum Parentibus matrimonium ineat, id horrendum est, quia eum generauerunt ac pepererunt, atq; id per notitiam connatam.

3. Altera ratio est reuerentia debitum, ex quo ipse etiam horror non minus, quam ex commixtione talis sanguinis vitanda, profluit. Etenim nec maritus, qui superior est lege matrimonii, eam reuerentiam potest præstare matri, quam natura exigit, nec Patri filia: quia quamquam inferior est in matrimonio, ipsum tamen matrimonium talem inducit societatem, quæ illius necessitudinis reuerentiam excludat. *Grotius I. c. n. 2.* vbi etiam ostendit I^ctos Romanos coniugia talia pro incestis, incastis, nefariis ac turpibus ex solo naturæ lumine habuisse.

4. Si

4. Si Princeps sibi subiectam nuptiis adiungit, ut est §. 232. tum vero hæc illi & ut Regi & ut marito reverentiam debet. Idem verum est, si regina subdito nubit, ut is simul Rex sit, nihil enim obstat, quo minus subditus definat esse subditus, ut si emigret. At non, ut subditus potest fieri non subditus, liberi ac Parentes possunt fieri non liberi ac non Parentes, adeoque etiam obseruantia Parentibus debita definere non potest. Neque quidquam obstat, quo minus subditus fiat Rex. Si Regina ipsa imperium sibi retinet, tum ille ut subditus reverentiam Reginæ debet, atque etiam præstare potest, coniugio non obstante. Hæc vero ut vxor marito, ut marito, reverentiam præstat, ut qui legi diuinæ de potestate maritali renunciare non potest. Ut vero non obstante coniugio reverentia Parentibus exhibeat, id vero fieri omnino negavit, sed potius hæc societas reverentiam istam impediret ac tolleret. Cum igitur reverentia ista sit iuris naturalis, adeoque immutabilis ac perpetui l. III. c. III. §. 137. ex ea quoque turpitudo coniugiorum Parentum cuiuscunque gradus cum liberis, solius legis naturalis ductu cognoscitur, siquidem ea societatis coniugalnis natura est, ut reverentia ista cum hac subsistere non posfit.

5. Obicitur l. III. c. II. §. 128. coniugium Filii cum Nouerçæ matre nullo iure esse prohibitum. At contrarium traditur Dissertatione citata eadem que servia Apbor. VI. propter Leu. XIIII. 12. 13. & integra Dissertatione a Viro illustri Michaeli Henrico Grebnero de incestio cum Nouerçæ matre nupciis ex Leu. XIIII.

XIX. II. Subiicitur §. 235. non apparere, cur non Parentes reverentiz renunciare, illudque liberis remittere posint. Verum reverentia ista perpetua est, & iuri naturali renunciare non licet. Tametsi etiam Pater intimiori aliquando conuersatione vstat, ea tamen propterea non statim est familiarior, quæ contemtum parat, aut saltim reverentiam Patri debitam excludat, neque hæc talis est conuersatio, qualis est consuetudo coniugalis §. 236. Si mater reverentiam sibi pacto coniugali reseruaret, pactum istud simile foret protestationi, quæ factio est contraria, frustra enim reseruaretur, quod consistere cum coniugio nullo modo potest §. 237. Contra argumentum autem de pudore nequidquam oblicitur, ita nulla coniugia esse admittenda, cum hoc de pudore physico saltim dictum sit, non de horrore quodam legali ac morali, quem Creator cordibus hominum insevit. Neque inde aliud confici potest, quam naturam ipsam homines monere, vt non impudenter ac scandalose, sed honeste in re tali versentur, vt homines a ceteris animantibus ratione distinctos decet.

6. *Fundamentis I. N. ac G. I. III. c. II. §. 30.* incestus Parentum dicitur repugnare regulis decori & honesti, quod eo pertinet, vt matrimonia ista Iure Naturæ non interdicta censeantur, sed saltim disuadeantur. Quorsum etiam faciunt argumenta cetera, quæ ad turpitudinem quidem horum coniugiorum demonstrandam frustra adducuntur, de nominum mutatione, de amicitiis latius spargendis, de disparitate ætatis, que tamen

tamen ostendunt, satius esse, ut talia matrimonia non inceantur. At non opus est de his plura addere, cum negari nequeat, coniugia ista lege naturae etiam prohibita esse, adeoque & cum natura hominis rationali pugnare, cum sit Pater, cum sit mater.

7. Erit nunc exemplum legis diuinæ positivæ universalis in prohibito matrimonio fratres inter ac sorores *Lex. XIIII. 9.* Enim uero iure naturæ hoc non est prohibitum, utpote quod est immutabile. Itaque cum Deus, quæ iure naturæ prohibentur, plene ac perfecte permittere non poscit, sed talia saltim indulget & toleret, a Deo autem sit, ut genus humanum necessario per fratres ac sorores multiplicari debuerit, manifestum est matrimonia liberorum Adami contra Ius Naturæ non fuisse. Accedit quod alioqui totum genus humanum ex incestu, atque id, ut dictum est, Deo Auctore, propagatum fuisset, quod utrumque absurdum foret, alterum vero etiam blasphemum. Posteaquam tamen Status humani generis hactenus mutatus fuit, ut auctus sit hominum numerus, lex naturalis talia matrimonia dissuadet, ne personæ, quæ quotidie conuersantur, a tenera iuuentute secum inuicem spe matrimonii innitentur ad concubitus libidinosos.

8. Est igitur haec lex i. positiva, quia non habet necessariam connexionem cum natura hominis rationali *Institutiones I.D.I.I.c. II. §. 12 4. l. III. c. III §. 147.* Eadem 2. est universalis, quia etiam gentiles hanc legem violasse dicuntur *Lex. XIIIX. 24.* adeoque eos & que atque Iudeos obligauit. Deinde

inde quia in Nouo Testamento est repetita, cum enim Ioannes Herodem reprehenderit, qui fratris uxorem duxerat, multò minus sororem etiam in Nouo Testamento ducere fas est *Dissertatione ciuitata eademque tertia Apbor. V.* Itaque lex hæc non solum ratione subiecti, sed etiam ratione temporis vniuersalis est seu perpetua simul. De distinctione ratione originis specialioris, patet quidem, post lapsum eam legem latam fuisse, nam ipsi Adami liberi, qui matrimonio iuncti fuerunt, post lapsum demum nati sunt, quo tamen præcise tempore lata sit non constat. Fuisse tamen latam, antequam a Mose consignata fuit, ex Gen. XXVI. 8. 9. apparet, vbi Abimelechus Rex Philistæorum negat Rebeccam esse Isaaci uxorem, ex quo cognoverat sororem eius esse. Gentiles quoque eam iam ante nouerunt, cum ob violationem eius ceterarumque legum finibus suis electi dicantur.

- 9. Non potuit hæc lex *Fundamentis I. N. ac G.* destrui. Dicitur autem *I. III. c. II. §. 38.* Coniunctio fratum ac sororum pro incestu iuris Gentium haberi, quia apud omnes populos fratres ac sorores simul educantur. Verum ea ratione dissuadentur saltim matrimonia ista, illicita vero non sunt legem naturæ. Itaque per hanc doctrinam lex DEI positiva vniuersalis reuera negatur ac tollitur, mores enim gentium variare ac mutari possunt, Ius Gentium autem a Iure Naturæ distinctum non dari, conceditur *Fundamentis I. N. ac G. I. I. c. V. §. 66.* Ac recurrunt eisdem difficultates, quibus Veteres implicati fuerunt, qui leges has de reliquis legibus diuinis nondum satis

satis distinguere nouerunt. Enimvero Zieglerus ab 1. M. l. I. c. P. §. 35. eum, qui sibiorem suam dicit, peccare scribit in ius Naturæ non quidem primituum, verum in secundarium seu in ius gentium primatum.

Q. Ut res intelligatur, dicitur ipsi ius Naturæ primatum ad ea pertinere, quæ natura omnes homines docuit; & sine discursu innoteſcant. Ius Naturæ secundarium seu ius gentium primatum intelligit, de iis, quæ per consequiam inferantur, adeoque per discursum ex contemplatione & collatione rerum, sive, ut fine s. tradit, de necessariis conſtruicōnibus. Verum non minus principia, quam conclusiones ex principiis illis fluentes ius Naturæ conſtruunt. Ius Gentium scribit proprie & specificē ita dici, & ab hominibus inveniūtum esse, mentis quadam agitatione, comparatis inter se rebus, excogitatū vñū scilicet & necessitate exigente, seu, ut sine s. loquitur, quæ sunt arbitriariz determinationis. Verum facile apparet, hanc ratione ea iuriis gentium dici, quæ libertatis naturalis sunt, & a gentibus, quod ea ex vñū esse intellexerint, introducta, ut seruitus, emtio, venditio aliaque. Et hoc sensu etiam in Institutionib⁹ Iustinianeis accipitur, vbi ramen etiam ius Gentium pro ipso iure naturæ sumitur, siquidem definitur, per id, quod naturalis ratio inter homines constituit, & ita vocari traditur, quælibetque omnes gentes vñantur. Id quod ideo etiam factum est, quia ante ius Naturale dictum est, quod natura omnia animalia docuit, subiectis exemplis de iugis & feminis coniunctione.

N

ne,

ne, de liberorum procreatione & educatione
fuit id de instinctu naturali animalium cetero-
rum accipiendum sit, sine Vlpianus Platonem,
cuius sententia de partibus legum etiam statim
initio relata est, aliosque Philosophos, secun-
dos fuerit, qui statuerunt, ea aliquid rationis
habere.

XLII. Itaque matrimonium inter fratres ac soror-
es contra Ius Gentium esse non potest, vtpote
quod non datur. Cumque hodie lex Dei positiva
va distinctius cognita sit, non possunt amplius
dubia contra eam formari. Frustra igitur! *Leu.*
c. III. §. 3; obiicitur, prohibiciones in Lenitico,
quatenus præcepta Iuris Naturalis non re-
petunt, pertinere saltim ad legem Mosai-
cam forensem. Demonstratum enim est, pertine-
nt legem de sorore in matrimonium non
ducenda ad legem diuina positivam univer-
salem, quia ea etiam gentiles obligauit, non se-
los Iudeos. Atque eadem de causa ceteræ
etiam prohibiciones non possunt non esse uni-
versales. Obiicitur porro, in Scriptura Sacra e-
tiam vitia dici, quæ pœnam humanam non ha-
beant, gentes plura etiam commississe, extirpari
a populo suo non semper denotare pœnam capi-
talem. Verum hæc omnia supponunt, leges
de gradibus istis prohibitæ esse pœnales, quales
tamen non magis sunt, quam, lex naturalis
præcepta Decalogi, quamquam comminatio
divina adiecta est *Leu. XIIIX. 28. 29.* Neque vero
etiam omnes leges sunt pœnales, modo enim
memorata lex naturalis non est talis, nec Decalo-
gi præcepta, nec omnes leges forenses, nec omnes
leges

leges Humanæ hodieque sunt poenales, sed aliquæ saltim. Sufficit igitur prohibiciones eas vniuersales esse, adeoque perinde ut lex natura-
lis omnes homines obligant, nec sine vitio vio-
antur, id quod satis est ad probandum, leges
positivas vniuersales dari.

12. Quod autem contra rationem vniuersali-
atis agentilibus ob Violationem earum punitis
lesumtam Cap. Proœm § 16* obiicitur, ad verba
ta, quod in his omnibus gentes se se contami-
narent, responderi posse, quod ea non referri
ebeant ad omnia præcedentia, sed ad ea quæ di-
untur immediate in vers. 20. 21. 22. 23. id vero
dimitti non potest, quia iam vers. 7. talis prohi-
bitione est, quæ non minus iuris Naturalis est,
quam prohibiciones vers. 20. 21. 22. 23. ut igitur in
is, sic etiam in ista gentiles se se contaminarunt.
autem primæ prohibitionis violatione se se
contaminarunt, etiam in prohibitionibus positi-
vibus, quæ illi subiectæ sunt, & inter prohibitiones
naturalis medio loco inclusæ & custoditæ, se se
contaminarunt. Accedit quod omnes istæ pro-
hibitiones, tum ex Iure Naturali repetitæ & ex-
positæ, tum constitutæ seu positivæ, ordine haud
interrupto, rebusque aliis non interiectis, pro-
ponuntur, omnibusque istis subiiciuntur verba
gentiles se se in iis omnibus contaminasse. De-
ique non minus obligant homines, quæ Deus
pera voluntate suæ constituit, quæque ideo ma-
sunt, quia Dei solo placito suo ita præcepit,
nam ea, quæ cum natura hominis rationali ne-
cessariam conuenientiam habent, utrobique
cum voluntas Dei violatur. Cui rei non obsta-

re potest, quod Deus ibi voluntate plane liberi, hic vero pro conditione creaturæ rationalis, leges dederit, nam & creatura rationalis libera voluntate eius extitit, adeoque ubique legis diuinæ principiū effendi est voluntas Dei. Itaque gentiles non solum contra prohibitiones naturales vers 7. 20. 21. 22. 23. faciendo se contumaciantur, sed etiam faciendo contra prohibitiones positivas, quæ interiectæ sunt.

13. Satis dictum est ad vindicandum leges has positivas vniuersales de gradibus prohibitis ab iis, quæ in *Fundamentis I. N. ac G.* obiiciuntur, quod instituto sufficit. Omitto igitur reliquias leges positivas vniuersales *Leu. XXX.* consignatas. Præterea prolixum id etiam foret, ac deinde futurum forte non est, ut dissensiones omnes tollantur. Ne tamen eos, qui *Institutiones I. D.* non possident, lateat, quid de ceteris prohibitionibus traditum sit, summa exhibeo. Sunt autem p. 486. hæc: Ostenditur: lute diuino etiam prohiberi coniugium cum compriuigna, si frater communis adsit §. 150—171. III. In linea recta collaterali in æquali nuptiæ tantum sunt prohibitæ inter eas personas, quæ sibi Parentum ac liberorum sunt, etiam ex uno latere in infinitum §. 172—182. IV. Quæcunque personæ ratione consanguinitatis coniugum sunt interdictæ, illæ etiam prohibitæ sunt alteri coniugi propter affinitatem §. 184—210. Controversia de Coniugio cum defunctæ vxoris sorore summam proponitur. 198—204. Ius diuinum ignorat tria genera affinitatis §. 211. 212. nec prohibet coniugium Vitrici cum priuigni vidua, aut priuignai

gni cum vitrii vidua , quod fusius ostenditur & Dissentientibus respondetur §. 213--224. Prin-
cipes non potest aliquid permettere vel dispen-
sare quod est contra leges has diuinis §. 215-222.
Dissertatione ciuitate eademque tertia Apbor. V. Post
prohibitionem de coniugio fratrum ac sororum
additur , in linea recta collateraliter inquali ea
coniugia lege diuina saltem esse prohibita , quæ
inferunt Parentum & liberorum respectum *Lex.*
XVIII. 12. 13. ybi non solum personæ numer-
atæ , sed & aliz simili gradu distantes intelligun-
tur , vt v. gr. auunculus , & hic censeatur prohibi-
tus . Agitur deinde de coniugio cum fratria , &
casus dubius vocatur.

IX,

I. Ad legem de Polygamia peruenimus Gen.
1. 27. 28. 11. 18. 22. 24. Polyandria iuri Naturæ
li etiam repugnat , quia proles vel nulla nasce-
retur , vel incerta , adeoque sola libido exercere-
tur. Educatio quoque prolis , ut pote incertæ,
negligeretur. Neque vero hæc incommoda sal-
tim sunt , quæ eam dissuadeant , sed omnino
ostendunt eam esse illicitam *l. c. §. 209.* Hæc
lex repetita est in lege de potestate maritali , cum
fieri non possit , vt vxor diuersis maritis uno
tempore diuersa volentibus pareat. Itaque non
licet matrimonium inire cum ea , quæ iam alteri
nupta est *l. c. §. 214.* nec maritus in adulterium
consentire potest , quia suo iuri quisque renun-
ciare potest , ac non legi naturali , quæ Polyan-
driam prohibet ac fornicationem , non minus
quam lex tum decalogi præceptum , quod mo-
rale est , & ex iure naturali exposicium *l. c. §. 219.*

2. Polygynia autem Iure Naturæ non prohibetur. Dissuadet tamen ob Zelotypiam, discordias domesticas, odia nouercalia, in ipsa prole continuanda, aliaque incommoda domesticæ, quæ facilime sese ingenerare possunt Gen. XXIX. 31. Deut. XXI. 15. 16. Fundamentis I. N. ac G. l. III. c. II. §. 35. melius dicitur & honestius, & magis decorum, si more populorum occidentalium vntus iungatur vni seminæ.

3. Itaque prohibitio Polygynie est I. lex positiva, quia non habet necessariam connexionem cum natura hominis rationali Institutiones I. D. l. I. c. II. §. 124. l. III. c. III. §. 76. Constituit autem Deus vnam sociam Adamo iungere & præductam Euam iunxit, non plures vxores. Et vir vxori adhæredit, non vxoribus. Est eadem lex 2. uniuersalis, quia data est Adamo & Eux tanquam qui omnes posteros repræsentabant, deinde dicta loca ostendunt. Deinde etiam in Novo Testamento est repetita. Servator enim ad dicta loca, tanquam ad normam, remittit, ex quibus de iure matrimoniali iudicandum sit Matib. XIX. 4. l. c. §. 88. Apparet simul, legem hanc non solum esse vniuersalem ratione subiecti, sed etiam ratione temporis, adeoque perpetuam simul. Quod ad alteram distinctionem attinet ratione originis specialioris, lata iam est in statu integro.

4. Quod spectat ad Polygamiam Patriarchatum ac Regum, omnino certum est, Deum eos a lege excipere potuisse, quia positiva est, quæ etiam plane tolli potest, ut exemplo multarum legum positivarum iam perceperimus, nempe de come-

comestione sanguinis, de Sabbatho, de Sacrificiis, ac de arbore vetita. Sed & dispensasse Deum existimo, quia lex de indissolubilitate matrimonii perduritatem cordis Iudeorum, adeoque non sine crimine, neglecta dicitur, at Abraharni ac Davidis Polygamorum fides ac pietas vbi-que prædicatur. Deinde Deus expresse disponuit, ne iura filio primogenito concessa intuitu hæreditatis a marito transferrentur in filium vxoris carioris. *Deut. XXV. 15. 16. 17.* Porr̄d Deus con-stituit, vt frater fratris sine hæredibus defuncti vxorem in matrimonium duceret *Deut. XXV. 5.* credi autem non potest, fratres, quibus id acci-dit, nunquam vxorem iam antea habuisse, imo non potuit tam numero populo id fieri, adeoque hic manifesta est exceptio a lege de Po-lygynia prohibita. Denique Deus Davidi plu-res Saulis vxores in sinum dedisse dicitur *2. Sam. XII. 8.* Et hanc sententiam Patres, hodieque Theologos multos probare, docetur *Disserta-tione critica eademque altera Aphor. I. §. 6. 7.* vbi etiam §. 8. argumenta *Observatorum Hallenfiani Tom. V. Obseru. I.* qui Polygamiam non esse pro-hibitam contendunt sed licitam, refelluntur. Nouissima super hac materia contentione edita est *Summa Doctrina de Polygamia a Vtro summe Reue-rendo Gottlieb Wernsdorfo*, quam mihi hactenus videre non contigit.

5. Hic pro instituto nostro ea nunc argumen-ta refellenda sunt, quæ *Fundamenta I. N. ac G. I. III. c. III. §. 24.* afferuntur. Negatur autem, hanc legem esse propriæ dictam pœnalem. Ve-rum propterea non minus lex est quam lex na-

turalis, adeoque non est lex sensu abusuo, vt l.c.n. 4. traditur. Neque obstat, leges diuinæ expressas non omnes esse perpetuas, vt v.g. legem de prohibito vsu sanguinis. Namque concludere non licet, non omnes leges positivas esse perpetuas, quia aliquæ non sunt perpetuæ, si- cut concludere non licet, quædam leges positi- væ sunt perpetuæ, ergo sunt omnes perpetuæ. Et ut Deus leges positivas ad tempus dare potuit, sic etiam potuit leges positivas dare, quæ essent perpetuæ. Atque hoc ipsum factum esse, antea demonstratum est, quia Christus hanc normam nos docuit, vt ita obseruetur, quemadmodum erat ab initio *Matt. XIX. 4.* Matrimonium non esse præceptum, sed in libertate hominis positi- tum. Theologi etiam concedunt. Quodsi au- tem quis Magistratus officium aliquando salua conscientia deprecari potest, debet nihilominus qui illud suscipit, ad præscriptum legis naturalis & verbi diuini istud exhibere ac præstare. Si- miliiter etiam qui matrimonium, quod omittre poterat, libera voluntate init, leges a Deo in istum casum præscriptas obseruare debet, vt ineat matrimonium indissolubile, vt sit una uxore contentus.

6. Obiicitur porro l.c. g. 26. † Christum non egisse nouum Legislatorem, sed hoc nihil obstat, quippe nihilominus vindicauit leges diuinas matrimoniales, vt Doctor, remittendo ad initium, sicut & leges morales vindicauit, nec ta- mea vt Legislator hoc fecit, sed vt Doctor, nun- chius & interpres diuinæ voluntatis. Patres au- tem Polygamos tempore dispensationis diuinæ adulte-

adulteros non fuſſe l. c. 6. 27. inde conſtat, quia adulterium committitur cum vxore aliena, libidinis explendz cauſa. in Polygamia autem propria adſumitur vxor praeter priorem, & ſpectatur finis matrimonii. *Diffratione citata eademque verita Apbor. l. n. 9.* Legem de una ſaltim vxore ducenda ante demonſtrauimus l. c. 6. 28. & ſimul oſtendimus, eam eſſe vniuerſalem, vnde fruſtra particularis dicitur l. c. 6. 29. Adde c. III S. 43. 42.

7. Hactenus leges matrimoniales expositæ ſunt & vindicatz a ſuis cuiusque ſpecialibus obiectionibus, reſtat, vt pro ratione instituti etiam ad ea repondeamus, quæ generatim contra eas a Clero Pontificio deſumta obiiciuntur. Dicitur autem Clerus Pontificius perſuafſe incautis laicis, vel, ac fi Deus de matrimonio multa ſpecialiter præceperit, vel quod ea, quæ in hiftoria creationis aut in legibus Mosaicis de matrimonio memorantur, ſint Iuris Naturæ, inde & ex institutione primæua coniugii feciſſe Sacramentum, atque id ob intereffe ſuum, quo ſub hoc praetextu cauſas matrimoniales ad ſe ſolos traherent, ac potefatem in illis dispensandi, quæ ratio etiam inſinuat c. III. §. 4 † & §. 34. Satis autem hactenus probatum eſt, multa Deum circa matrimonium ſpecialiter præcepiffe, tametiſi non omnia contineant Iuris Naturalis præcepta. Enim uero aliz leges ex Iure Naturæ repetitæ ſunt, vt prohibitiō matrimonii inter aſcendentēs ac dēſcendentēs in linea recta, item de matrimonio non diſſoluendo. Quædam ſunt leges poſitivæ vniuerſales., vt lex de potestate

state maritali , prohibitiō matrimoniorū in linea collateralī , lēx de uxore non nisi vna ducenda , & ex hypothesi plerorūmque , lēx de indissolubilitate matrimonii : Ex qua sententia leges matrimoniales maiorem partem legum diuinarum posituarum vniuersalium hodie constituant , vt omittam , de gradibus prohibitis leges esse plurimas . Nonnullas denique leges sunt positivae particulares seu forenses , vt de poena capitis in adulteros constituta .

8. Leges positivas vniuersales non aliter nisi ex Scriptura Sacra agnosciposse , res ipsa loquitur , quia cum natura hominis rationali necessariam conuenientiam non habent *Institutiones I. D. 1. I. c. II. §. 124. Fundamentis I. N. ac G. I. II. c. III. §. 2. & 8* fine.* Neque vero leges istas obserbare superstitionis est , sed debiti officii l. c. § 44. Quod autem Pontificii legibus istis abusus fuere , propterea impugnari non debent . Sineabusu isti possimus ac debemus . Imo etiam sine opinione Sacramenti iis vti possimus . Polygamiam grauius crimen esse quam adulterium , verum est , quia plura alia hic delicta occurunt . Quodsi in Constitutione Criminale ex hypothesi de Sacramento matrimonii id dictum fuerit , sine illa tamen verum manet . Similiter matrimonium contra ius diuinum , etiam ex quo contractum est , rescindi debet , non ob figuramentum Sacramenti , sed ob perpetuum vitium , siquidem tot incestus sunt , quod concubitus , neque enim per consuetudinem aut prescriptionem ex illico magis licitum fieri potest ; quam ex falso verum l. o. §. 45. 46. *Institutiones I. D. I. III. c. III. §. 231.*

§. 231. 227. 229. Utque contra I^Ctōs Romanos recte docetur, meretricem non solum peccare vitæ meretriciæ se se dedendo, sed etiam ex quo dederit se se, pectare mercedem accipiendo, sicut fur non solum peccat furtis se se dedendo, sed etiam, ex quo furtis se se dedit, furando; sic non solum peccat, qui matrimonium contra ius diuinum iniit, sed etiam, ex quo iniit, peccat continuando illud. Denique hoc etiam sine opinione de Sacramento matrimonii fieri potest, ut qui cum coniuge alterius pactum iniit de matrimonio ineundo, graviori poena adficiatur, non solum quod poenarum constitutio in arbitrio Principis est posita, sed & quod vxor talis impie ac temerarie hoc pactum iniit, viuente adhuc marito, & ubi nondum constat, uter coniugum prior sit moriturus, ac denique quod ea res periculi plena est, nimia familiaritatis, & adulterii occasionem præbere potest, ut saepe solent despontati copulam Sacerdotalem copula carnali præuenire *Fundamenta I. N. ac G. I. II. c. VII. §. 20.*

X.

I. Occurrit ad ultimum lex de homicida capitaliter puniendo *Gen. IX. 5. 6. Institutiones I. D. I. III. c. VII. §. 129. 130. 132.* ubi recte docetur, verba Dei non factum nudum sed ius continere, Principes esse voluntatis diuinæ hac parte executores, & in hoc crimine ius aggratiandi locum non habere, quoniam utilitas incerta Reipublicæ debet cedere voluntati diuinæ certæ. Ius naturæ quidem in genere dictat, delicta punienda esse, at poenas ipsas tamen non determinat. *Nihilo minus*

minus suadet Ius Naturæ, vt homicida capite plectatur, cum nemo ei fidere, nec aut secure aut tuto cum eo conuersari possit, qui hominem occidere semel sustinuit, vnde etiam Cainus tanto facinore in fratre perpetrato sibi vehementer metuit Gen. IV. 14. Lamech autem non Virum solum sed & iuvenem sese occidisse fassus est vers. 23. Fortior etiam ex ea pena metus est, quo homines ab homicidio quam maxime absterreri possunt.

2. Est igitur hæc lex i. positiva, quia non habet necessariam connexionem cum natura hominis rationali *Institutiones I. D. I. I. c. II. §. 124.* Est etiam Lex 2. vniuersalis, quia data est hominibus genus humanum omne representantibus Gen. IX. 1. & quia rationes eius vniuersales sunt quod homo ad imaginem Dei conditus est, & quod homo alterius frater est Gen. IX. 5. 6. Regio etiam dicitur sanguine inquinari, & reconciliari non posse, quæ ratio ad solos Iudeos non pertinet, sed ad omnes homines Num. XXXV. 33. Referatur etiam crux inter peccata clamantia Gen. IV. 10. quibus Deus maxime initatur, vt ea puniat. Peregrini quoque inter Iudeos hac in re eodem iure uti iussi fuerunt Leu. XXIV. 21. 22. Apparet simul legem hanc non solum ratione subjecti, sed etiam ratione temporis vniuersalem esse, seu perpetuam simul, adeoque etiam in Nouo Testamento obligare. Neque vero hæc lex inde impugnari potest, quasi in Nouo Testamento paucis capitalibus locus non sit, contrarium enim supra demonstratum est. De altera autem legum harum distinctione, lata est hæc lex post lapsum non

non solum, sed & post diluvium, tametsi lex homicidium prohibens naturalis ac moralis sit, atque ita iam in statu integro adfuerit, etiam ante Euam conditam, quae primum eius legis obiectum fuit intuitu Adami, nisi quod propriudum etiam prohibitum fuerit, adeoque eius prohibitio Adamo etiam solo viuente, obiectum habuit.

3. Non potest igitur haec lex destrui. Disputatur tamen contra hanc etiam legem *Fundamenta L. N. ac G. L. II. c. VII. §. 23.* quasi particularis ac forensis sit. Eo ipso autem conceditur item, legem hic adesse. At non particularem legem esse, sed vniuersalem, iam demonstratum est. Et quod quedam leges penales sunt forenses, propterea non sunt omnes forenses, quemadmodum e contrario inferre non licet, quedam leges penales sunt vniuersales, ergo omnes sunt vniuersales. Ex potuit Deus non minori iure leges penales vniuersales dare, quam non solum haec est, sed etiam lex de potestate maritali, quam leges penales quasdam dedit inter leges forenses. Exemplum Davidis, qui Ioabum Homicidam occidendum iussit *I. Reg. II. 5. 6. 31. 32.* non facit quidem ad obligationem aliotum Principum, sed saltim continent factum legi diuinæ conueniens, quæ alii etiam Principes obligantur. Similiter vero etiam a factu eius, cum Absalon fraticide vitam condonauit *2. Sam. XIV. 5-8.* Ioabi ultimum supplicium distulit, contra legem Dei concludendum non est, vt ea propterea negetur.

4. Dictum *Gen. LX. 6.* dicitur non præcise iusferre præceptum, sed esse futuri temporis. Verum etiam lex de indissolubilitate matrimonii verba futuri temporis habet: adhæredit maritus vxori, & erunt duo in carnem unam *Gen. II. 24.* quam legem esse, ipse Servator ostendit *Mattb. XLX. 4.* In toto etiam desalego futurna ponitur. Esse autem haec verba etiam legalia, certissimo hoc arguento probatur, quia alioquin sequeretur, Deum peccata probare, peccaret enim, qui homicidam sine auctoritate publica occidere vellet. Verum Deus peccatum non adprobat. Imo etiam, cum Cainus, lege Dei nondum latet, metueret, ne a quoquis, in quem incideret, ob fraticidium interficeretur, Deus etiam post a constituta hos prohibuit *Gen. IV.*

IV. 14. 25. Lex igitur adest, quia Deus peccatum non probat, atque etiam prohibuit, ac denique se ipsum sanguinem humaanum vltorum decrevit *Gen. IX. 5.* adeoque lex adest, quæ Princeps obligat: Occultum autem Dei iudicium, quale ipse misericordia naturæ, qui liberos Noachio immolarint, quosque populus omnigenus non occidet *Leu. XX. 2-5.* sicut Ger & Onan se a Iia crima a Deo occisi dicuntur *Gen. XXXIX. 7. 9.* Ios. non potest aliter locum habere, quam tum denum, si Princeps ipse innocentem occidat, cum is in terris Superiorum non habeat, aut si idem hanc ponam non infligat, vt exemplo iam memorato apparet *Dissertatione citata eademque tertia Epbor. XII. p. 10. II.* ubi etiam respondet ad ea, quæ *Obs. Hal. 27. Tom. VI.* obiiciuntur.

5. Dictum hoc porro dicitur saltim ratiocinationem continentem confirmantem præceptum de non comedendo sanguine. Verum post ratiocinationem istam sequuntur denunci verba de sanguine homicidæ effundendo: Itaque distinctæ leges sunt. Adeo hoc verum est, vt etiam decretum Dei præmitatur de sanguine humano vlciscendo, ac tum lex ipsa subiicitur. Confirmatur igitur ex hac connexione, hanc legem non minus esse, quam legem de sanguine non comedendo, non obstante, quod *Sers. 7.* benedictio sequitur. Ut enim benedictio aliaque a lege teste distinguuntur, leges tamen ipsæ propterea etiam negligendæ non sunt *Fundamento I. N. ac G. I. III. §. 4. 1.*

6. Postea obiicitur, tum nondum fuisse rempublicam. Vetus Deus Noachio ac liberis eius has leges dedit. Itaque ipse potuit in Theocracia constituere, quis homicidas tanquam Magistratus & executor voluntatis suæ interficere deberet, siue blasphemos ad Sabbathi violatores iussu eius a populo Israelitico lapidibus obrutus fuisse legimus *Leu. XXIV. 14. Num. XV. 32-35.* Denique auctoritatem humanam contra Sacram Scripturam non valere, omnes concedunt.

7. Ex *Disputatione de iure aggravandi homicidam dolosum,* quæ *I. c. ** allegatur, dicendum nunc est, quomodo Pontifices haec legem abusi fuerint, quia hinc leges positivæ vniuersales in genere oppugnantur *Fundamentis I. N. ac G. Cap. Proem. §. 13.* Memoratur autem *cap. III. §. 4.* abusus primus quod Clerici pro homicidis dolosis intercesserunt; alter *§. 5.* quod Cardinales reum, cui datum ad supplicium ducitur, obutam sunt; a po-

na immunem fecerunt; tertius §. 6. quod Tempa ac Monasteria etiam homicidis dolosis pro Asylis fuerunt; quartus §. 7. quod clericus homicida a poena Magistratus exemptus fuit, & Episcopus etiam ad retinendum beneficium dispensare potuit; quintus §. 8. quod Papa Academie Lipsiensi Priuilegium indulxit, vt Iudicis ibi degentes, etiam si homicidæ dolosi forent, poena capitali non debeant puniri; quod postea a Principibus Saxonie, tanquam Verbo Dei contrarium, sublatum est; sextus §. 20. quod Clerus I.Ctos hac ratione a consiliis excludere voluit, & casibus conscientiae i. e. de eo, quod iustum est, & iniustum. Adde *Fundamenta I. N. ac G. l. I. c. VI. §. 10.* At propterea tamē veritates & leges diuinæ arcanae Papisticæ adscribi non debent. Enim vero ut ab exemplis lex configi non debet, quæ non potest probari, sicutiam ab exemplis, siue ad verum legis usum pertineant, siue ad abusum, lex, quæ latè probari potest, impugnari ac negari non debet.

XI.

1. Hactenus leges DEi positivæ vniuersales, quæ adhuc obligant, ab iis, quæ in *Fundamentis I. N. ac G.* contra eas obiciuntur, vindicatae sunt. Verbo nunc etiam mentio facienda est de aliquibus, quæ ad leges positivæ vniuersales minus recte referuntur. *Titius ad Pufendorfium de O. H. & C. Observ. 91.* n. IL ea afferit. Sunt, inquit, qui lege positiva vniuersali diuina (1) consensum Parentum ad nuptias liberorum, sub poena nullitatis requiri, (2) eodem etiam hierogliam in nuptiis exigere censeant, quemadmodum (3) solutionem decimarum illa præcipi, ac (4) esum sanguinis vetari, denique (5) delicta carnis, vt adulterium, incepsum, & sodomitiam eadem puniri arbitrantur, sed illa sine rationibus verisimilibus afferi puto. Ac recte omnino ita statuit.

2. De consensu Parentum ad nuptias liberorum, certum quidem est, cum iure naturæ requiri, at poena nullitatis nec eodem iure, nec lege positiva vniuersali statuta est, illo enim iure poena non determinatur lex aut positiva non adest. Itaque poena nullitatis non necessario lege etiam humana constituitur, sed potest consensu neglectus alia poena puniri. Quidam tamen poena nullitatis, si lege humana inducatur, at lex diuina de illa non addicit.

3. Benedictio sacerdotalis quam maxime quidem conuenit solem.

solemnitatibus primi coniugii, vbi ipse Deus Euana ad Adamum adduxit, eidemque Neto animo sponte accipienti iunxit, & utrumque benedixit Gen. II. 22. 23. Gen. I. 28. Verum tantum praeceptum inde nullum elici potest, siquidem ipse Deus ibi homines copulauit. Est igitur beneficium Sacerdotalis iuris humani.

4. Decimae sunt furi Naturalis, quod ad substantiam de materia earum speciarum seu sustentationem Ministrorum Ecclesiae, eo magis, quod ipsi hodie immediate non illuminantur, ut Apostoli, sed studio & impensis Religionis capita addiscunt, quae & hoc plura ex sacris literis cruenda fuerunt; & adiuncta sunt, quo plures extiterunt haeretici, contra quos semper exemplo Apostolorum veritas ex sacris literis inquirenda & vindicanda fuit; imo & hoc magis, quod hodie non amplius ignotum est Verbum Dei. ob quam rationem Paulus omnibus omnia factus est, ne Evangelio esset impedimento, sed notissimum est, adeoque Christianis curae cordique esse debet, ut temporalia metant, qui spiritualia fentur, utque his de temporalibus seruant Rom. XV. 27. I. Cor. IX. 11. Itaque plures hodie Verbum DEI fieri debet, quam ut Salarium Ministris Ecclesiae denegetur. Atque hoc etiam prolixè inculcat I. Cor. LX. 7-11. alibiique. At decimarum determinatio tamen ac quantitas est legis saltuum fossensis, quae in Nuevo Testamento non amplius obligat.

5. Eius sanguinis pertinet quidem ad legem DEI postulant universalē, at universalis saltum est ratione subiecti, non vero ratione temporis, seu non est perpetua, & in Nuevo Testamento non amplius obligat, quae res supra iam exposta est. Poenae genique in delicta carnis statute sunt legis forenses; quae solo Iudeos obligauit.

XII.

Fundamentis I. N. ac G. I. I. c V. §. 43. ea Disputationis lex assertur, ut placide moneant, nihil acriter incilcent. Expendendum, donec lectores ipsi magis in corde veritatem sentiant, quam intendendum, ut de ea altercando disputent. Eandem legem cum hic obseruatam esse ubique appareat, penes Lectores iudicium erit, dñebus ipsius vera an falsa fuerint proposita.

F I N I S.



